De Regno Christi Libri (Liber 1 and 2) from Martini Buceri Scripta Anglicana. Digital ASCII edition

by

Martin Bucer (author)

Konrad Hubert (ed.)

1577

📝 *DIGITAL TRANSCRIPTION METADATA*

Title: De Regno Christi Libri (Liber 1 and 2) from Martini Buceri Scripta Anglicana. Digital ASCII edition.
Original Author: Martin Bucer (1491–1551)
Original Publication Year: 1577
Language: Latin and Greek
Format: OpenDocument Text (.odt) with footnotes (the original as margin notes)

🔓 *PUBLIC DOMAIN & USAGE NOTICE*

🏛️ *LIBRARY METADATA & CLASSIFICATIONS*

Library of Congress (LCC & LCSH)

- **LC Classification:** BR350.B82
- **Subject Headings:**
    - Bucer, Martin, 1491-1551. De regno Christi
    - Church history — 16th century — Early works to 1800
    - Church and state — Great Britain — History — 16th century — Sources
    - Reformation — England — Early works to 1800

BISAC Subject Codes

- **REL015000** — RELIGION / Christianity / History
- **REL068000** — RELIGION / Christian Theology / History
- **HIS037040** — HISTORY / Europe / Great Britain / Tudor & Elizabethan Era (1485-1603)

Thema Subject Categories

- **Primary Codes:** HRAM (Christian theology), HRCC2 (Church history), NHDM (Early modern history)
- **Qualifiers:** 2AHL (Latin language), 3JD (c 1500 to c 1600), 5JA (Public domain)

Notes from the Transcriber and Digitizer: Consider this work a **Draft**. I keyboarded the whole thing, as an exercise to maintain my typing skills. I am a complete novice at Latin and Greek, although I did expand a number of the scribal abbreviations, except in the 'front matter'. Also, do to my lack of knowledge, I was inconsistent in rendering the 'long F's': sometimes replaced with 's', and sometimes with 'f'. The experts will have to fix those, but just be aware of it. My goal is merely to produce an ASCII format of Bucer's 'De Regno Christi'. The original work, of which this work is a copy - is in the Public Domain and can be found at: https://doi.org/10.3931/e-rara-8982

I went over the work twice just to check for missing words and spelling, but that is it. I am hoping that some translator can make use of this work, especially since Optical Character Recognition programs are not very accurate when it comes to Manuscripts.

sincerely Robert Norvin Crawford, 2026.

=================

Legal Notice

The Original Manuscript citation:

Bucer, Martin; Hubert, Konrad (ed.); Sturm, Johannes; Grynaus, Simon; Calvin, Jean; Cheke, John. *Martini Buceri scripta Anglicana fere omnialis etiam, quae hactenus vel nondum, vel sparsim, vel peregrino saltem idiomate edita fuêre adiunctis*. Basileae: ex Petri Pernae officina, 1577.

Original Manuscript location: https://doi.org/10.3931/e-rara-8982

about the Author:
Bucer, Martin (1491-1551)
Protestant Theologian and Professor
https://isni.org/isni/000000012117864X
https://viaf.org/viaf/2478527
https://id.loc.gov/authorities/n50036693

about the editor:
Hubert, Konrad (1507-1577)
German Reformed Theologian
https://isni.org/isni/0000000062994574
https://viaf.org/viaf/66093484

about the digitizer:
Crawford, Robert Norvin (1955-)
Writer on the Abolution of Divorce
https://isni.org/isni/0000000524049033
Digitizing sponsored by Publisher: Spring Green Ltd., Chamberlain, South Dakota, USA.

About the Work:
This digitized Work citation:
Bucer, Martin (author); Hubert, Konrad (ed.). *De Regno Christi Libri (Liber 1 and 2) from Martini Buceri Scripta Anglicana. Digital ASCII edition*. Basileae: ex Petri Pernae officina, 1577.

ISBN: 981-8-89219-022-0 .odt
ISBN: 982-8-89219-023-7 PDF

Description:
This an ASCII transcription of 'De Regno Christi Libri', by Martin Bucer, published in 1577. The purpose is to provide an ASCII text to aid translators, but all uses are allowed since this transcription has been placed in the Public Domain. The language of the work is Latin.

Library of Congress Subject Headings (LCSH)

- `Bucer, Martin, 1491-1551. De regno Christi`
- `Church history — 16th century — Early works to 1800`
- `Church and state — Great Britain — History — 16th century — Sources`
- `Reformation — England — Early works to 1800`
- `Christianity and politics — Early works to 1800`
- `Latin language — Texts` [1, 3]

BISAC Subject Codes

- **REL015000** — RELIGION / Christianity / History *(Primary category for historical theology)*
- **REL068000** — RELIGION / Christian Theology / History *(Covers the developmental doctrines of the Reformation)*
- **REL084000** — RELIGION / Christian Church / History *(Applies to Bucer's structural blueprint for the Church of England)*
- **HIS037040** — HISTORY / Europe / Great Britain / Tudor & Elizabethan Era (1485-1603) *(Provides excellent historical context for the book's specific target audience: King Edward VI)*

Thema Subject Categories

Primary Subject Codes

- **NHD** — European history *(General European Reformation context)*
- **NHDM** — Early modern history: c 1450/1500 to c 1700 *(Covers the 1577 publication era)*
- **HRAM** — Christian theology *(Covers the structural concept of the Kingdom of Christ)*
- **HRCC2** — Church history *(Reflects the primary nature of the text)*

Thema Qualifiers (Crucial for an ASCII Latin Transcription)

- **2AHL** — Latin *(Indicates the text language is Latin)*
- **3JD** — c 1500 to c 1600 *(Indicates the historical era of the content/original printing)*
- **1DSE-E** — England *(Geographic qualifier for the targeted content of the book)*
- **5JA** — Public domain *(Confirms the legal/copyright status of the file)*

Transcription Begins, next page.

[Liber 1 page [i]] [image of book hard cover]
[Liber 1 page [ii]] [blank page]
[Liber 1 page [iii]] [blank page]
[Liber 1 page [iv]] [blank page]
[Liber 1 page [v]] [title - this page]

MARTINI BVCERI SCRIPTA ANGLICANA FERE OMNIA

Iis etiam, quæ hactenus vel nondum, vel sparsum,
vel peregrino saltem idiomate edita suere, adjunctis

A CON. HVBERTO *ad explicandas sedandasque, religionis cum alias, tum præsertim Eucharistici controversias, singulari fide collecta.*

QUORUM CATALOGVM prima post præfationes pagina complectitur.

Adjuncta est HISTORIA a de obitu Buceri: quæque illi & Paulo sagio post mortem & indigna & digna contigere.

BASILE AE
EX PETRI PERNÆ OFFICINA

MDLXXVII
[1577]

[Liber 1 page [vi]] [blank page]

[Liber 1 page [vii]]

REVERENDISS IN
CHRISTO PATRI AC DOMINO, D. ED
MVNDO GRINDALLO, ARCHIEPISCOPO
CANTVARIENSI, Angliae primati,
CONRADVS HVBERTVS S.P.D.

Saepe numero mihi in mentem venit, honoratissime Antistes, illius fagittę, quę decoelo delapsa ruri cùm puer ambulares: pectus tuũ ita ferijt: vt nisi liber, quē proprae cordijs tùm forte gerebas, vim teli interrupisset, actum fuisset devita tua: quae postea salutares fructus in Ecclesia Iesu Christi protulit, et adhuc profert: atq; vtinam in annos quã plurimos proferat. Praenunciasse credo hoc iaculum et tempestatem regni Angliae, quae mortuo Eduardo Rege, acerbissimam calamitatem et luctum dabat: ex qua tu cũ Antonio Koko, literatissimo Equite Anglo, et homine liberalissimo: cum Moresino quoq;, et Halesio, et Vvroto, optimis et candidissimis hominibus: cum pręceptore etiam Regis, Checo, in nostram vrbem euaseras. Quicquaid magni postreditum in patriam Dominus noster Iesus perte in Anglicanis Ecclefijs egit: quicunq; honores post tibi obtigerũt: ea omnia cuasione huius teli atq; periculi puto prae significata fuisse quòd Londinesis praeful factus sis quòd Eboracensis: quòd nunc Cantuariensis Archiepiscopus: quòd primas Angliaesis: omnia haec praenunciata tibi commoda huius casus liberatione arbitror. Atq; in hac prouidentia Dei etiã ista humilia pono: quòd desperãs de patriae salute, Vvasselheimij linguae Germanice operam dederis: quòd eam ita adeptus sis, vt voxtua etiam in Germanicis Ecclesijs audiri potuisset: quod nostre plebi placere, et gratus atq; acceptus esse potuisses. Hoc humile principium fundamentum fuisse puto huius sanctissimae dignitatis tuae. Atq; haec ipsa prędictione excitauit ad bene sperandũ et ad diuulgandum Martini Buceri opera: et foelicem ecclesijs Dei libellu arbitrabar esse, cum de hoc casa audirem ex alijs: siue Teretij fabulae fuerint, siue Plauti, confidebã prohisce fabulis, tua opera atq; autoritateme consecuturum

[Liber 1 page [viii]]
reliqua quae desiderabã Martini Buceri monumenta: de quibus spem mihi faciebas: cum tecum multi, Maria Regina, exularent: id quod factum est: et continuata omnia sunt et reuersus in Angliam, restituta religione: Elisabetha Regina renunciata: cognita tum voluntate Oporini Librarij: qui partibus decem cõstituerat Martini Buceri opera ex sua officina diuulgare: misisti ad me historiam vitę mortis, sepulturę exhumationis: et vna cum alijs voluminibus, Buceri manuscriptis, etiam disputationem eius: et quae ad hanc disputationem pertenent: explicationes aliquot: et vt ad omnia mea redeam horum omnium scripturum fasces die natali Buceri: qui erat sestus Diui Martini: quod omen tuo pectorali libello sociatũ: gemino me gaudio persudit: vt vehementer ea hora exhilararer: neq; diu historiam hanc apud me delitescere patiebar: et statim Ioanni Oporino vt in lucem apud nos edere transmisi, sperans post huius historiae diuulgationem, reliqua opera subsecutura. Sed et hic bonus vir diem suum obijt: et alia in commoda acciderant, vt in huncvsque diem horum decem operum sit dilata diuulgatio. Id accidit nõ solum calumnijs inimicorum: quos habuit in Pontificatu: sed etiam in Euangelicis hominibus fuerunt, qui oppressa malebãt: quam manibus hominum volvi illius volumina: vsque adeo, vt neq; magistratum: neq; ciuitatem: neq; librarium implorare potuerim, qui vel iuberet, vel permitteret, vel auderet suscipere, quod multos annos iam in summis votis habui perficere me posse.

Quis enim nostris temporibus tot fuit petitus calumnijs quam hic vir optimus? Fuerunt enim qui doctrinam eius hę refeos et seditionis infimularent: Fuerunt, et adhuc sunt; qui leuissimum hominem

fuisse dixerunt; publice suam doctrinam et fidem ter reuocasse: Virginalem pudicitiam D. Mariae, matris Domini nostri Iesu Christi, oppugnasse: Ante finē vitae cum furore de salute sua desperasse: sibi mortem consciscere attentasse: ad Iudaismũ transisse, et negasse esum Christum verum Messiã et mudi conseruatorē esse: Alium Messiam expectandũ esse, quē etiam Iudęi pręstolantur. Multa alia praeterea etiã crimina iactata fuerunt, sed haec propriç haerese os fuerunt missa calumniarũ tela. Verum haec quia grauiora sunt, quam credi quaent: et aperte falsa, minus potuerũt officere, quam aliquorum sparsae suspiciones in quaestionib.

[Liber 1 page [ix]]
aliquot, quae adhuc disceptantur in vtram que partem, etiam amicorum parum amicae voces, quae tamen iam conticescunt: et conticescent magis parte hac vna scriptorum propagata.

In spem vero magnam erectus sum, quoniam Deus mihi hoc initium concessit: et pars vna hisce nundinis in lucem venit, reliquas alijs deinceps annuis, vt speramus, mercatibus subsecuturas. Non ego mihi vllam laudem tribui velim sed quicquid huius feci, id officio meo motus seci, primum, vt ego talentulum hoc abscondi non patiar, quod ad gloriam Dei, et ad Ecclesiarum, cum singularum, tum catholicae Ecclesiae maximopere facere videtur: quam ego praecipue propositam habui: Deinde etiã, vt heri et magistri mei, Martini Buceri, opinionem atque existimationem contra crimina inimicorum defendam, et amicis reconciliem neque patiar memoriam eius vlla in parte laborum suorum obscurati. Tametsi, quod ad falsa crimina pertinet, absque hac opera mea, a Domino exercituum sat donatiuorum accipiet, qui dixit: Beati estis, si probra vobis objciant, et quaeuis maledicta in vos iaciant, mentientes, mea causa; gaudete et exultate, quoniam merces vestra multa vos in coelis manet. Haec Christus promisit, et scimus promissa eius vera esse: et ego, si quis alius, Buceri innocentiam noui. Nunquam enim illius obliuisci possum laborum, scriptionum, curarum, itinerum gemituum. Fui enim non solum spectator sed etiam administer eius annos decem et octo fere: in scriptionibus, in concionibus, in aegrotis visendis, in discordijs sidelium compomendis, in pauperibus iuuandis, in reuocandis errantibus, cuiuscunque sectae esse coeperint: quae bona pluris apud me sunt, quam studium eius in me iuuãdo, quam illius erga me merita, de qua re Christum, deum meum testisicor.

Facessat igitur et valeat hoc genus calumniatorum. Maio rem vero dolorem acceperam ex amicorum et nostrorum hominum opinionibus atque suspicionibus bonorum, atque quorundam optimorum virorũ, vt putantur, et vt sunt, et vt esse debent. His displicere, et ab his eum reprehendi, id per mihi molestum, peracerbum suit, quorum pars iam pacata est, praesertim apud nos, pars, vt spero, accedet, hisce, quae publicamus, bene cognitis. Bonum enim et prudentem, et aequum lectorem requirimus. Statis magnum lucrum

[Liber 1 page [x]]
affequar, si Ecclesiae Crhisti haec prosint, et herum meum, et pręceptorem emum a calumnijs vindicem.

Quanquam est etiam aliquid, de quo mihi gaudeam, et lucellum aliquod etiam ipse a me accipiam, tametsi et istud quoque Dei donum est. Multa habui conseruata ex flammis temporum, manu Buceri scripta, et a me descripta, ui negem istam horum conseruationem Dei esse beneficium? Descriptsi, aut describi curaui rurfus, vt librarijs idonea essent: Sed et istud Dei est, qui otium dedit et valetudinem, idque in hac septuagenaria senecta. Pars etiam aliqua laudis tuae bonitati, Antistes, debetur, qui me Anglicanis scriptis adiuueris, et est aliquid, quod meo id ragatu seceris meum, sed et istud vtrunque vterque nostrum Deo debemis, qui animos amborum excitauit. In libris antea editis multa erant aut deprauata studio contentionum, aut non bene intellecta, aut a librarijs, eorumque correctoribus neglecta et errata, multa inquam, et nimis profecto multa, quę vel ex meis descriptio

nibus, vel e manu Buceri, heri mei, emendaui et restitui: an on in his proferendis patronum quaerere? an aliquem magis idoneum habere queam, quam Antistitem? primum Londinensem, deinde Eboracensem, nunc Cantuariensem Archiepiscopum, totius Regni Angliae primatem? idque optimatem etiam, optimumq; et sanctum virum, qui libros Buceri legit, qui de his iudicare potest, et saepe iudicium fecit: qui nouit in Anglia per reliquam aetatem refugij fui, qui non solum vitae, sed etiam mortis esse testis potest? cuius solius testimonium omnium calumniatorum criminibus, de quibus ante scripsi, cum summa veritatis et dignitatis autoritate obduci et opponi poterit.

Quanquam testimonio tuo adiungi poterunt multorum literatissimorum hominum testimonia, idque viuorum. Mortuorum enim desideramus Koki, optimi equitis: Morefini, sanctissimi Legati: Checi, praeceptoris Regij excellentis et rari: Bonneti, Episcopi innocentissimi Vvintoniensis: vvroti, hominis aperti et candidi pectoris, multorumque aliorum horum memoria et testimonijs destituti, ad tuum consugimus nos defensores mortui viri, ad sapientissimi viri cõscientiam et veritatē Thesaurarij Angliae Magni, Burgliani

Baronis Guielmi Caecilli, et grauissimi prudentissimiq; viri, Thomę Smithi: neq; deerit nobis subsidiũ Vualsingami, Secretarij magni. Quid de Locestriensi Comitis Roberti dicã? an non ille omniũ, quae tum gerebãtur, meminisse poterat? an non omnia quaeue facta essent, quaeue gerebantur, scire poterat, qua erat summa authoritate et gratia praeditus? an non omnia quaerebat, qua est perpetua ornatus laude industriae? Reginam ipsam testisicari possumus, quae tanta ista cum gloria, tanta pace et ocio annos iam xvij. regnum Angliae administrat, et ita administrat, vt prope per se ipsa videatur cogitare, inuenire, iudicare, quae praecipit et mandat, quae interdicit et vetat omnia. Putaui me non posse calamum de papyro tollere, ita multa habui quae doleam et metuam, quem dolorem et metum haec enumeratio tot, taliumque testium tollit, vt horum me consoler pręsidijs atque auxilijs, et bene precando epistolam hanc concludam, et coelestem patrem, patrem inquam Domini nostri Iesu Christi orem, vt Reginam, populum Anglię, omnes hos, quos iam nominaui Heroas, suo sancto et viuisicante Spiritu saluos, sanos, fortunatos, foelices, prosperos, amplificet atque defendat.

Datum Argentorati 22. Februarij, Anno Christi 1577.

[Liber 1 page [xii]]
CLARISSIMO ET PRVDENTISSIMO
VIR Q: D. FRANCISCO VVALS IN GAMO,
Serenissimae Reginae Angliae primario Secretario:
Ioannes Sturmius S.P.D.

Vrbs nostra, si quando alias vnquam, tum maxime floruit: cum in scholis et concionib. nostris principem locũ tenerent, Vuollssgangus Fabricius Capito, et Martinus Bucerus, et Gaspar Hedio, quorũ aetate primus Capito fuit: eo natu minor paulo Bucerus: terium locum Hedio tenebat. Et Capito linguarum cõgnitione magnus erat: sed proximus ei erat Bucerus: Hedionē historiae et antiquitatis memoria cõmendabat: et popularis concionator erat: etiã optimatibus in Senatu, et nobilitati etus cõciones placebãt. Capitonis doctae illae quidē: sed nõ aptae auribus populi: et plebis praecipue. Bucerus doctis et literatis hominibus gratior: dialecticae enimerant: et argumentãdo magis, quam exemplis: quo volebat, audentē trahebat: hominũ vero gratia duobus collegis suis inferior: bonis tamen, et qui iudicio valebãt commendatus: sed praeualuit iniquorum hominum malicia: vt gratia, quã merebatur, omnium vti, vt volebat, nõ potuerit. Quicquid enim ea aetate et in hac vrbe in vitae et morum disciplina molestum erat: eius ipse autor esse videbatur: vt moderationis in cõuitijs: modestiae in sumptibus: animaduersionis in libidine et intermperatiã: seueritatis etiam in scholis nostrisq3 discipulis. Hanc opinionē ei peperit primum autoritas: qua plurimũ in conuentibus potuuit: labores assidui et negociorũ multitudo: qui saepe explicari nõ possunt absq3 alterius partis offensione: falsorũ etiam amicoru inuidia et calumnia. Deinde eiectio ex vrbe nostra: Ziegleri, et Suenlseldij: et in vrbe Engentini et Eppēdorfij et Velsijodia: quorũ pars multũ apud nobiles: pars apud literatos: pars apud plebē potuit: quibus accesserunt etiã anabaptistarũ greges: quorum pastores magnã existimationem habebandt sanctiomoniae. Sed Coesarem Carolũ maxime alienauerat Coloniensis reformatio: cuius inuidiã Philippus Melanthon declinare potuit: Bucerus nõ potuit: vsq3 adeo fortuna hominũ multa secum ad gratiam et ad odium adfert. Hinc factũ est, vt ad vos profectus sit: et vos digni habiti sit is hospitalitate: quã exerceretis erga virum: eum, quē ego summa virtute: excellenti doctrina: singulari etiam constantia venerandum fuisse arbitror. Constantiae illud vnũ argumentũ est: quod cum ab Electoribus, Palantino et Brandaburgico, permissu Coesaris, Augustam vocatus esset, vt rescriptũ de religione Imperatoris, quod edendũ erat: ita temperaret, vt vtriq3 parti placeret: cum id fieri honeste nõ posse putaret: amluit carere patria: quam Coesaris et Principũ gratia sese tueri, et cum liberis et vxore nobiscũ domi viuere. Vnũ in hoc et quasi denunciato exilo admirabar: quod in hoc periculum coniectus, tamen locum, vbi consisteret, non cogitauit quoerere, neq3 in mentē ei venit, patronum aliquem aut Ecclesiam inuenire: antequã nos amici ei autores essemus, vt in Angliã cogitaret. De intinere quidem solicitus erat: antequã ego illi iter tutũ praescriberem: per Lotaringiam et

[Liber 1 page [xiii]]
Remos et Ambianates, et Abauillanos Eoeletum vsq3: unde ex portu Ixio in Angliam traijceret. Ergo vos eum hospitio vestro excepistis: quo omnium peregrinorũ, quo ad potuit, apud nos semper hospes extitit: vt vna cum huius viri discessu: ipsa hospitalitas videretur ad vos tum discedere. Sed quae vita eius apud nos suerit, quos labores subierit, quae pericula expectarit, qui homines ei importuni et infesti fuerint, et cuiusmodi in maximis et grauissimis quaestionibus fuerint illius dogmata: in vita illius, quam describam, explicabo: quam scio multos a me requirere hisce nundinis, vna cum lucubrationum illius hac Anglicana parte, sed frustra: in quo si consuli Embdensi, Petro Medmanno, satisfecero: omnibus puto me posse satisfacere. Verum prius conabor tibi prudentissimo et gravissimo viro probare hanc

morã, vt facilior mihi sit ad Medmannum placandum aditus: qui hanc operã meam, omnibus suis literis multis iam annis efflagitat: quem Philippus Melanthon et Bucerus amabãt plurimum, propter studium et fide erga religionem, quã illus cum alias soepe: tum maxime in Coloniensis ecclesiae emendatione: qua affidue illis, dum Bonnoe essent, adhaerebat, comprobauit. Causae vero moroe huius in eo maxime sitae sunt, quod cum huius vitae descriptio tripartitum finem habeat: vnum defensionis contra calumnias: alterũ laudis: terium doctrinae, calumnijs absq3 hac opera resistimus huius partis editione: quae oftendunt perpetuam constantiam in aedē doctrina retinenda: praefertim apud vos: apud quos est mortuus, et cuius postrema vox in docendo atq3 disputando in vestris Academijs audita est. Et quanta laus mortuo praestanda sit: tum demum intelligetur, idq3 maiore cum fide: cum ex omnibus scriptis constabit, quae docuerit, quae scripserit, quae egerit, quibus in regionibus, quas obijt Ecclesiae causa, sit versatus, quas controuersias explicarit: quid cum Principibus et magistratibus egerit: quae omni hoc hyemali tempore et in hac festinatione librarij: et hisce occupationibus Conradi Huberti, et meis etiam quotidianis curis cõfieri non potuerunt. Sed fine Huberti opera, cura, diligētia, industria, magna pars operũ interijsset, multa mutilata, multa deprauata, multa vitiosa podissent, quae Conrado Huberto ab interitu vindicata, redintegrata, integraq3 et pura in manus hominum peruenient.

Te vero, Francisce Vualsingame, affiri in hac excusatione mea visum est, vt tibi loetitiã meam ostenderē, quam percepi ex epistola mense abs te Octobri scripta, plena humanitatis, beneuolētiae, spie in re mea et opinione mea recuperãda, post maximas molestias, curas, solicitudines, quibus annos iam quindecim afficior atq3 affligor: quae quo maiores sunt, eo ampliores ego tibi caeterisq3 patronismeis gratias habeoet, hac epistola recipio, dissumulaturũ nihil me, et effecturum me, vt omnes homines intelligant, me ab alijs perditum, a vobis conseruatum esse. Verum ad Martinum Bucerum redeo, et Sarenissimae Reginae, tibiq3 et omnibus, quos modo nominaui, heroibus atq3 patronis nostris has dulces exuuias maximi viri commendo, quae vt spero deinceps fortissime heri sui innocentiam defendere poterunt. Vale, Argentorati xxiij. Febr. Anno Christi M.D. LXXVII

[Liber 1 page [xiv]]
IN D. MARTINI BVCERI
PIAE MEMORIAE TESTAMENTO, QVOD
ARGENTINAE ILLE IANVARII DIE XXIII, ANNO M.D. XLVIII.
In aedium suarum Musaeo solenniter fecit: cum a duobus Illustriss. Sac. Rom. Imperij Septemuiris Palatino Commite, et Marchione Brandeburgensi, conscio Carole V. Imperator, eisq3 fratre Ferdinando Rom. Rege (non tamen palam) ad Comitiae Augustana, in quibus Edictum de religione Interimicum est cusum, subito, et praeter expectationem vocaretur: inter alia haec verba reperiuntur.

Devm ego Patrem meum per Dominum nostrũ Iesvm Christvm summe et precor et oro: vt ea in doctrina atque fide constantem me ad extremum vsque vitae finem conseruare dignetur: quam Augustae nos coram Caesarea Maiest. et Imperij ordnibus sumus professi: deinde addita Apologia latius explicauimus: quamque ego et palam confessus, et pro ingenij mei tenuitate complexus sum ijs scriptis, quae in lucem sunt edita. Et quidem primum de innata, et quam diu vitae huius usura fruimur inhaerente nobis infirmitate, labe atque corruptione humanae naturae, quae haereditate quadam ab Adamo in genus humanum totum est propagata. Deinde De gratia Dei per Christvm Iesvm Dominum nostrum facta, hoc est, Iustisicatione, quam sola nos Euangelij fide vera ampleeti oportet. Tum De vera poenitentia, fide, spe, charitate, operibus bonis, eorundemque praemijs: quam ego doctrinam eo in libro, qji Latine in publicum prodijt, perfecutus sum, DE VERA ECCLESIARUM in doctrina, caeremonijs et disciplina, reconciliatione et compositione. Et eo libro, qui iam impressus in hominum manibus versatur, hoc titulo, DISPVTATA Ratisbonae in altero Colloquio, Anno M.D. XLVI. Et Responsa Collocutorum Confessionis Augustanae completa De iustisicatione, etc. Item in DEFENSIONE Coloniensis Reformarionis. Praeterea DE DISPENSATIONE Sac. Eucharistiae, eiusque vsu: De Inuocatione et intercessione Sanctorum: De Coelibatu ac votis Clericorum et Coenobitarum: De Potestate et authoritate Sacrae Scripturae, Ecclesiae, Conciliorum, Episcoporum: Item Missae sacraficio, eiusq; vitijs: Cura mortuorum, Purgatorio, in duobus illis libris aduersus Barth. Latomum scriptis: quoum alter hac in vrbe, alter vero Neuburgi typis est excusus. Item De praesentia CHRISTI in S. Coena, et vi atque efficacia Domini in suo verbo et sacramentis: qua de quaestione fidem ego meam meis in Retractationibus in Matthaeum sum professus: et Latine deinceps explicare cepi in scripto quodam ad doctrissimum et generofissimum D. Iohannem a Lasco. Item de vero ministerio, disciplina atque communione CHRISTI et eius membrorum: quam ego doctrinam explicaui in libro DE VERA animarum cura: et in eo, qui ad finem prope iam perductus est, DE VERO intellectu capitis illius fidei nostrae Christianae: Credo Ecclesiam catholicam, Sanctorum communionem. DEVM EGO iam omnipotentem et sempiternum oro per Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, dilectum filium eius, vt in hac nos doctrina clementer conseruet: atque efficiat, vt magis magisque eadem in nobis, vxore quoque charissima et liberis nostris, propinquis, amicis, omnibus denique electis firma, operosa atque actuosa reddatur, Amen. Ad vitae huius negotia quod attinet, hoc volo, hoc peto, hoc postulo, etc.

[Libre 1 page [xv]]

Atque haec omnia, tanquam bene ante deliberata, et cogitata diligenter: et in testamento atque voluntate vltima constituta, vt firma rataque habeantur, quemadmodum hoc omnia tam diuina, quam humana iura requirunt atque mandant, peto atque postulo. DEVS. opt. max. suam nobis gratiam largiatur: inque ea fide et agnitione sui, cuius facta iam mentio est, et me conseruet: et tandem clementer atque benigne ad sese recipiat. AMEN..

TESTAMENTI HVIVS CONFECTIONI,
vt testes ad idipsum vocati et rogati, hi septem intersuerunt:

D. Iohannes Marbachius, S. Theol. Doctor
D. Conradus Schnel, pastor ad D. Thomam.
D. Conradus Humbertus, diaconus Eccl. Thomanae.
D. Hieronymus Boppus, Canonicus Eccl. eiusdem.
D. Martinus Fabri, diaconus ad D. Nicolaum.
Matthias Ritter Francofurtensis ad Moenum.
Eusebius Bedrottus.

Et quia ego Georgius Vischer Harburgensis, Notarius Caesareus, ciusi Argentinensis, et caetera quae sequuntur.

[Liber 1 page [xvi]]
TRANSSCRITVM CODICILLI D. MARTINI BVCERI CANTABRIGRIAE
in Anglia facti die xxij. Februarij Anno 1551. postea per clarissimos viros D. D. Mattaeum Parkerum, et Gualtherum haddonum, testamentarios ibidem per Bucerum designatos, D. Vlricho Chelio et Conrado Huberto, liberorum ipsius tutoribus Argentinam transmissi.

Archetipus diplomate regio munitus, ab haeredibus asseruatur.

Dominus noster IESVS CHRISTVS, vita et resurrectio nostra, patefaciat se nobis omnibus propitiatorem, et in vitam aeternam recuperatorem, quibus dedit hoc ipsum a se efflagitare: Amen.

Cum ad ea Germanici Imperij comitia vocarer, in quibus Edictum de religione Interimicum est procusum: et subito eurocarer per duos Electores Principes, Palatinum et Marchionem Brandeburgensem (quanquam Caesare et Ferdinando conscijs, sed non palam) facile prospiciebam Ecclesijs sincerioribus acerbas tentationes parari: dictaui itaque Testamentum meum tum satis fuse, de fide et doctrina mea, de sacramentis et disciplina: tum etiam de rebus domesticis. Testamentum reliqui apud Caefareae Maiest. publicum Notarium, tum gerentem munus apud nos Secretarij primarij in causis forensibus: et in eo Testamento rata volo habere omnia, quae attinent ad religionem. Et in quem ordinem ibi libros meos descripsi, in eodem ordine volo a fidis fratribus legi, NEC QVICQVAM AGNOSCO ME HIS INTERIM DISSENSISSE. Quod autem ad facultates meas attinet, etc. Et post versus aliquot: Cumque Dominus dignabitur suscipere animam meam, et ad se traducere, de sepultura, de humili funere, de benignitate in pauperes, constituet vxor ex sententia M. Bradfordi, et Pastoris ad omnes Sanctos: et ita laudet DOMINVM omnis spiritus. Testamentarios appello hic eximios Dominos Doctores, Parkerum et Haddonum. Argentorati, praeter nominatos Testamentarios et tutores curatoresque, valde rogo in Domino magnificos viros, Dn. Matthaeum Psarrerum consularem, et Dominum amicissimum Chelium Doctorem medicum, Doctoremq; medicum Andernacum. Omnia regat DOMINVS ipse vindex viduarum, et pater pupillorum.
Cantabrigiae xxij. die Februar. Anno. 1551.

[liber 1 page [xvii]]
INDICIA DOCTRISSIMORVM ALIQVOT VIRORVM

DE D. MARTINO BVCERO.

SIMONIS GRINAEI AD BUCERUM, Anno 1533 inter alia.

Palmam tibi in Sacris literis inter Cermanos concedo: Philippo in prophanis disertus est mire: tum docet etiam nescio qua cum semper acrimonia, et violentia quadam facile iuuenum animos penetrante: Neque dubito, quin inter nostros nemo viuat, qui plurium animos discendi studio inflammarit: etiam ad sacra meipsum certe nemo vnquam accendit magis. Oportet enim apud tedicere, quod sentio, redeoadte. Scientiam tibi Scripturae maiorem tribuo, atque id bona cum fide: copiam orationis etiam vberiorem; sed ea sic ferture, sic voluitur, vt cum ad salutem hominum nemo sit attentior te, orationis faciendae nemo sit te negligentior, imo non dicam negligentior, facerem enim iniuriam: nam et tu Latinas formas confectaris et obseruas, et vteris diserte, sed persusior.

IOHANNIS CALVINI
Galli 1539.

Martinus Bucerus fidelissimus Ecclesiae CHRISTI doctor, praeter reconditam eruditionem, copiosamque multarum rerum scientiam, praeter ingenij perspicaciam, multam lectionem, aliasque multas ac varias virtutes, quibus a nemine fere hodie vincitur, cum paucis est conferendus: plurimos antecellit: hanc sibi propriam laudem habet, quod nullus hac memoria exactiore diligentia in Scripturae interpretatione versatus est. Et paulo post. Bucerus et prolixior est, quam vt ab hominibus alijs occupationibus distractis, raptim legi: et sublimior, quam ab humilibus, et non valde attentis intelligi facile queat. Nam ad cuiuscunque argumenti tractationem se contulit, tam multa illi ad manum suggeruntur ab incredibili qua pollet ingenij foecunditate, vt manum de tabula tollere nesciat.

IOHANNIS CHECI
Angli 1551.

Magistro orbati sumus, quo maiorem vix vniuersus orbis caperet: sive scientiam verae religionis, seu vitae integritatem atque innocentiam, seu inexplebile studium sanctissimarum rerum, seu laborem intollerabilem
[Liber 1 page [xviii]]
promouendae pietatis, seu authoritatem et amplitudiuem docendi, sive quid aliud in illo laudabile et gloriosum suit.

IOHANNIS STURMII GERMANI. 1562.

Neminem puto latere, quanta, quamq3 constantissima opinio atque existimatio de Bucero sit in Italia, Gallia, Anglia: vnde soepe mihi in mentem venit Fabiani iudicij, qui dicebat: illum plurimum profecisse in eloquentiae studio, cui placeret Cicero. idem ego de Bucero statuo: magnos eum fecisse progressus in Theologiae campis, cui Bucerus placeat. Apparent enim, imo extant plane impressa in illius voluminibus, quae confecit satis multa, maximarum virtutum vestigia, diligentiae, charitatis, veritatis, acuminis, iudicij, doctrinae: in quibus omnibus proprium quoddam attulit scribendi genus, et rationem peculiarem: qua non solum erudit legentem, verum etiam afficit valde suauiter sententiarum copia et delectu, argumentandi modo et genere, quod plane διδακτικον atque διαλεκτικον est, vsq3 adeo, vt videri possit, quam erudite probabilia a necessarijs disiungat, quam argumentose quae

probanda sunt confirmet, quam subtiliter aduersaria diluat, ita vt non acrimonia in vituperando, sed veritate in docendo sit ελεγκτικος: neque vllum sit Dialecticorum praeceptum, idque Aristotelicum, cuius hic scriptor non plurima atque perspicua exempla habeat.

[Liber 1 page [xix - xxvii]] [Table of Contents (partial)]

CONTENTA HOC OPERE

ANGLICANO, STELLVLIS ANTE NVMEROS

paginarum signata sic. * 171, & c. scias ab Authore in Germania esse vel scripta, vel versa.

LIBRL SECVNDI CAPITA.

p.22

[Note: page 171 - 945 not included in this document]

[Note: the table of contents for other books in the original work are not included in this TOC.]

[Liber 1 page [xxviii]] [blank page]

[Liber 1 page 1] [Preface]

DE REGNO CHRISTI,

AD EDVARDVM SEXTVM ANGLIÆ REGEM,

D. MARTINI

EVCERI LIBER I.

PRÆFATIO.

Benevolentia & benignitas Dei Patris nostri cælestis, per servatorem nostrum IESVM CHRISTUM, Rex amplissime & religiosissime, augeatur continenter Serenissimæ Majestati tuæ. Haud ita pridem rescivi, me in eorum esse officio, qui T.S.M. instituto & jussu, sacras in eius Academicus mis literas enarrant, eidem S.M.T. sicut plerique alii eius ministri facere solent, initio anni, felicem totius anni decursum precari, aliquo ipsorum congruente professioni munusculo simul oblato. Equidem certe nolim uspiam officio deesse meo: minime vero omnium erga S.M.T. quam Deus tanta nominis fui illustratam cognitione, & studio inflammatam, indeque, & cæteris omnibus exornatam virtutibus, ceu salutare sidus quoddam, in huius adeo calamitosi seculi tenebris atque turbinibus facit effulgere, in multo maximam suorum, quos Antichristi tantum non plane oppresserunt, consolationem atque recreationem.

Ad hæc, quid S.M.T. non debeam, si quid modo gratum ei facere vel præstare possem: cum me illa, unacum selectis fimo Christi servatoris organo, PAVLO FAGIO[1], sanctæ memoriæ, exules, tam benignæ exceperit in regnum suum: munusque adeo sanctum, explicandi divinas literas, in hac præclara sua Academia injunxerit, salario assignato tam lauto: quo etiam frui nos voluit per tot menses, quibus morbis impediti, nihil prorsus ministerii nostri potuimus præstare? His vero S.M.T. benignitas sibi haud quaquam satisfecit: adjecit enim præclarum præterea munus XX librarum, quibus pro corpusculi mei, sic fatigati senio, & morbo fracti, non tam consuetudine, quam necessitate, hypocausta pararem. Eo cum nunc perquam commode fovearum, merito Dominum oro, vt S.M.T. igni charitatis suæ & fomentis omnigenæ benignitatis suæ perpetuo calefaciat atque confoveat: depulso ab ea omni frigore, sicut peccatorum, ita omnium quoque calamitatum atque afflictionum.

Pro his itaque tam amplis & præclaris S.M.T. in me & meos beneficiis, novit dominus, quantopere cupiam me illi declarare quam gratissimum. Quocirca si scivissem & me decere aliquid ei offerre strenuæ ad novi anni initium, quanquam tum morbis meis satis adhuc humiliabar & frangebar, conatum tamen qualemcunque meum hæc in re prodidissem: etiamsi probe agnoscam, mearum non esse virium, vt quicquam parem, optatissima licet fruerer corporis valetudine, quod sit S.M.T. vel aliqua ex parte dignum, & meæ consentaneum vocationi. Literarium enim, & de loco aliquo religionis nostræ admonens munusculum requiri a me facile intelligo: sed tale, quod S.T. M. vel aliquam adserat cum jucundam, tum non inutilem admonitionem. Huiusmodi autem scriptum componere, quæ est S.M.T. & in eruditione & Christi religione præcellentia, video mei facultatulas ingenii longe superare. Verum sicut Pater noster indulgens. Deus, satis ducit, si velimus ac studeamus ipsi nos approbare: sic S.M.T. quæ Dei imaginem, vt piorum regum peculiare munus est, tam studet solide repræsentare, qualemcunque meum ipsi gratificandi conatum non aspernabitur.

Cum itaque visum esset ad S.M.T. paucula perscribere de pleniore regni CHRISTI in tuo regno

---

1 Martini Bucerus, Paulus Fagius, exules religionis ergo

susceptione & restitutione, quo plenius cognoscatur quam

[Liber 1 page [2]]
salutare sit & necessarium, & S.M.T. & cunctos regni eius ordines & homines, tota cogitatione, & summa atque perpetua cura in hoc incumbere & elaborare, vt CHRISTI regnum totum excipiatur & quam plenissime apud nos obtineat: quæ etiam viæ & rationes propriæ, certæ & commodæ sint, ad rem hanc efficaciter atque feli citer moliendam, agendam & urgendum, qua æternæ omnium, salus & felicitas continetur, ante omnia ostendere ex divinis Scripturis operam dabo, quid nam, & quale sit CHRISTI regnum apud & intra nos: qui in hoc adhuc degimus seculo, modis omnibus perverso, & Deo adversante, & quæ vera eius communio atque administratio. Hæc enim salutis nostræ mysteria perpauci hodie solide norunt: tametsi ore toties illud repetant: Pater cælestis, adveniat regnum tuum.

De his itaque paucis ex Æterno Dei verbo admonebo, prout Dominus dederit[2]. Et primum de eo, Quid sit, & cujusmodi, CHRISTI regnum apud nos: quæque propriæ eius ratio, communio & administratio: tum, quam sit salutare omnibus, & omnino necessarium ad plene hoc regnum recipiendum, & apud nos omnes, cunctas suas curas & cogitationes intendere. Postremo, quibus viis & rationibus S.M.T. possit & debeat plenam regni Christi apud suos restitutionem instituere, moliri & urgere Dominus & rex noster IESVS CHRISTUS adsit suo Spiritu, vt admonitionem hanc equidem ex eius omnino sententia administrem, & S.M.T. non inutiliter legat. Amen.

2 Distributio scripti huitus.

[Liber 1 chapter 1 page 3]

DE NOMINIBVS REGNI CHRISTI.

CAPVT PRIMVM.

Vt vero quid sit regnum CHRISTI in eius hominibus, quos habet in hoc seculo, quæque regni eius vera communio & administratio, certius & plenius perspiciamus. consideremus in primis, quibus illud appelletur in divinis literis nominibus: tum, quæ ei propria attribuantur. Porro, ea side istud nobis faciendum est, vt non dubitemus, Dominum & spiritum sanctum[3], sicut appellandis rebus aliis, ita etiam nominando hoc suo regno, esse usum nominibus maxime propriis, desertis, & significantibus: tum etiam, adeo clare & copiose quæ regni huius vis, ratio & propriæ notæ sunt, explicasse, vt tantum opus sit sincera & solida side, qua horum nominum significationem, & quæ propria huic regno Scriptura attribuit, apprehendamus, & firmiter teneamus.

Legimus autem, Regnum hoc vocari regnum Dei, regnum CHRISTI dilecti filii Dei[4], regnum cælorum. Iam vero novimus, regnum, si vere & proprie vocetur, dici administrationem populi, aut civitatis, quam unus, & is qui ceteris sapientia & omni virtute præstat, sic administrat, & quæcunque salutaria civibus sunt, ita procurat, ne quid omnino illis desit, quo a puero quisque ad omnem virtutem, beatamque vivendi rationem, solidamque felicitatem formetur, atque perducatur.

Hæc vero cum sit natura & vis regni cuiuscunque, quod vere regnum dici possit, cogitemus, cum legimus, regnum, de quo nos agimus, vocari regnum Dei, quæcunque[5]; omnis regni propria bona sunt, ea in hoc regno existere, exhiberique tanto plenius atque perfectius, quam in ullo unquam humano regno existere atque; exhiberi potuerint: quanto Deus superat omnes homines, cum sapientia bene gubernandi, tum voluntate in omne genus humanum benefica[6]. Imo cum solus Deus bonus sit, solus sapiens, solus potens, in eius tantum regno, ea quæ regia administratione bona præstanda sunt, percipi plene possunt.

Eadem animus noster secum reputet, cum legit in divinis literis, hoc regnum esse Domini nostri IESV CHRISTI, dilecti filii Dei: nam est hic natura idem com patre[7]. Sed præterea consideremus religiose, ac ponderemus, quali ratione Dominus regnum hoc suum, homo factus in iverit, & administrare ceperit in hoc seculo, & ad finem usque mundi administrandum a se prædixerit. Cum enim in regnum suum missus a patre, veniret in hunc mundum, inanivit se: atque suscepta servi forma, unum se ex vulgo hominem præbuit, nullis instructum mundi copiis, aut ministeriis. nec enim, ubi caput reclinaret, habuit: & cum ad supplicium raperetur, deserebatur a suis omnibus[8]. Nulla seculi huius sapientia & eloquentia præstabat: insanum enim ii, qui tum habebantur in populo Dei sapientissimi atque sanctissimi, judicabant, & indignum quem quisquam vir cordatus audiret. Adeoque nulla pollebat

---

3 Spiritum S. utitur nominibus. maxime & significantibus.

4 Nomina regni Christi. Quid proprie Regnum.

5 Quid moneat, quod hoc regnum. Dei regium dicitur.

6 Vero bona tantum a regno Dei expectanda.

7 Quid in eo, quod regnum Christi vocatur.

8 Quanta cum dejectione sui Christus regnum suum iniuerit et administraverit. Phil.2. Matthæum.8 Ioban.10.

gratia apud potentes in populo suo, summos dico sacerdotes, scribas, & seniores populi, atque Pharisæos: vt suo in eum odio nullis possent satisfacere contumeliis, nullis iniuriis, donec cruci affigendum elaborasset.

Ita ministros sibi selegit hic Rex noster, mundi judicio omnino contemptos,

rudes, infirmos, rerum imperitos homines, qui & ipsi propter eum in infima sorte inter homines numerabantur[9]: imo indigni habebantur, qui in hominibus tolerarentur. Nam tanquam morti addicit, fame, siti, & iniuriis cæli plerumque graviter adfligebantur, colaphis cædebantur, conviciis & blasphemiis incessebantur, tecto excludebantur, omninoque; pro piaculis mundi atque; omnium rejecta amentis reputabantur.

Quanquam vero tanta mundus crudelitate, immanitate, atrocissimeque[10]; omnium gens propria Judæorum, summa regis nostri beneficia, quæ cum per se, tum per ministros suos illis cotidie cumulabat, compensarent: tamen omnibus ille sese subjecit, & ministrum exhibuit salutis usque in mortem: ac benefaciendo omnibus verbo & facto, atque maximis miraculis, vincere illorum furorem & feritatem studuit[11]. Regnum a populo oblatum defugit, & tam nihil sibi mundanæ sumpsit unquam potestatis[12], vt a Pilato publicam potestatem administrante, iniustissimam supplicii sententiam grato animo susciperet: agnoscens, Pilatum eam in se potestatem e cælis obtinere.

Porro in tam alta humilitate & sui dejectione, Dominus & sospitator noster, in extrema ista inopia apud mundum, contemptu, odio, & longe crudelissima insectatione, vere tamen regnavit, & imperium exercuit mirifica potentia, in omnium non res modo, & corpora, verum etiam animos.[13] Quos enim pater ei donasset, veros regni sui cives: hos verbo permovit, & spiritu suo, vt ilico ipsum & cupidissime sequerentur, relictis parentibus, uxoribus, liberis, ac rebus omnibus: & sequerentur eum, sicut in omnem paupertatem, ignominiam in hoc seculo, & mortem ipsam, ita ad omnem quoque; sanctimoniam pietatem, & justitiam.[14] Hostes vero suos, ad necem sui inflammatis simos nuru circuit, flagello templo expulit, verbo in terram prostravit: dæmones, mare, ventos, atque universas creaturas habuit, quoties voluit, imperio suo obtemperantes. Quid?[15] Potestatem acceperat a patre omnem in cælo & terra. Eam autem potestatem exercebat & administrabat verbo tantum, & spiritu: nullis omnino adminiculis, instrumentis, aut armis mundi. Atque; ad eundem modum regnum suum orbi patefecit, & restituit per Apostolos & ministros suos: nec alia ullo unquam tempore ratione apud homines regnavit, nec regnabit in hoc quidem seculo.

Ista igitur omnia cognoscenda & cogitanda, pensitandaque; nobis sunt summa religione, quoties de regno Domini nostri IESV CHRISTI, de regno Crucifixi vel legimus aliquid, vel audimus, aut recordamur.

Tertia regni huius appellatio[16], qua regnum vocatur cælorum, eadem prope nos docet. Primum enim, cum regnum vocatur cælorum, clare exprimitur, illud non esse de hoc mundo: tametsi sit in

---

9 Quæne abjectis Rex noster usus sit ministris. Romans.8. 1.Corinthios 4.

10 Vt hostibus suis Rex noster & omnibus hominibus studuerit bene facere.

11 Iohan.6.

12 Iohan. 19.

13 Christus in summa dejectione sui, tamen potenter imperium exercuit in omnium res, corpora & animas.

14 Matth. 4.

15 Matth. ult. Christus solo verbo & spiritu, non externa potentia regnat.

16 Quid moneat, quod, hoc regnum cælorum dicitur.

nobis, qui in præsenti adhuc mundo versamur. De cælo enim est, ubi patrem nostrum, verum Deum & conditorem nostrum habemus[17], & invocamus: ubi Rex noster IESVS CHRISTUS sedet ad dexteram patris, & instaurat quæ sunt in cælo & in terra omnia: & in regnum hoc per Evangelium & Spiritum sanctum convocamur, & ad vitam æternam regimur[18]. Quocirca & nostrum ***ϖολίτζμα***[19], in cælis esse oportet, sicut Deus nos elegit de mundo hoc, & unacum filio suo vivificavit, coexcitavit, & in cælestibus collocavit: hoc est, fecit nos, per fidem in se & filium suum, participes vitæ cælestis, & beatæ certos optatæ resurrectionis, & in cælos translationis, ubi hac Dei vita plene perfruamur.

Porro quo evidentius & solidius perspici queat, quæ sit natura & vis regni CHRISTI, & quæ ad eius apud nos restitutionem necessaria: conseramus inter se, quæ sint huic regno & regnis mundi communia, quæ etiam utrique propria.

[Liber 1 chapter 2 page 5]

Quæ sint Regno CHRISTI *& Regnis mundi communia, quæ propria.*

CAPVT II.

Primum convenit hoc inter regna mundi & regnum CHRISTI,[20] vt penes unum sit summa gubernationis potestas. Interest autem, quod reges mundi, cum non possint suis ubique præsto esse, nec etiam soli quæ ad salutem rei publicæ pertinent videre & procurare, necesse habent constituere variis in locis, pro regnorum suorum amplitudine præfectos, vicarios, & proreges: tum etiam penes se habere viros prudentia & sapientia excellentes, quorum consilio in administratione regia utantur. Noster vero Rex cælestis, IESVS CHRISTUS, est juxta promissionem suam nobiscum ubique; & cotidie, usque; ad consummationem seculi: omnia ipse videt, instituit, perficit quæ ad salutem suorum pertinent.

Quocirca nullis ille vicariis, nullis opus habent suum qui locum subeant, aut obeant vicem. Ministris quidem, & certis ministeriorum gradibus designatis, in administranda salute suorum utitur: sed quorum omnis opera & labor inanis suerit, nisi eorum plantationi & rigatione incrementum ipse adjiciat:[21] & effecerit eos ministros novi Testamenti, non literæ, sed spiritus. Vt enim ad huius regum administrationem quidquam illi conserant ex se, ne cogitare quidem possunt: cum reges mundi etiam eius modi ministris opus habeant, qui regia ipsorum mandata,[22] sua plerumque industria & prudentia adjuvent, & dexterius exequantur, quam a regibus suis ea acceperint.

Deinde, commune habet regnorum mundi & Christi administratio[23], vt & reges mundi eo omnia instituere & referre debeant, quo cives suos efficiant pios & justos, qui Deum suum rite agnoscant & colant: sintque proximis suis in cunctis actionibus suis vere salutares. Quam ob causam debent & mundi reges esse parati, quævis pericula, exilium & mortem ipsam subire. Potestatem enim omnem a Deo optimus maximus acceperunt super populum eius, & oves pascuæ eius: & quidem ad fidei atque

---

17 Ephes.1.

18 Philip.2., Ioban. 15., Ephes. 2.

19 ϖολίτζμα ϖολίτζμα = [***πολίτζμα***]

20 I. regni Christi cum regno mundi commune.

21 Matth. vlt. Ministris utitur Christus, nullis autem vicariis.

22 1 Cor. 3., 1 Cor. 5.

23 II. Regni Christi & mundi comminue.

salutis eorum ædificationem, non ad destructionem.[24] Sic itaque vt potestatem suam administrent, laborare eos necesse est toto corde, tota anima, & omnibus viribus, inque; hoc ipsum nihil non impendere & insumere.

Porro quanquam omne curam suam reges mundi huc intendant, ne quicquam quod ad hanc rem pertineat prætermittant:[25] tamen animos hominum ab innata impietate & injustitia purgare ipsi non possunt: ac idea nec vera pietate & justitia imbuere. Excindere possunt de agro Domini, de populo sibi credito inutiles arbores, sentes, & vepres, oppressa scilicet perditorum hominum impietate & injustitia: possunt agrum, id est, sanabilem populi partem bonis legibus proscindere & pastinare, & ad percipiendum semen Dei quodammodo præparare: in quo etiam summo studio elaborare debent: ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum constituti. Vt fructum autem hic ager serat pietatis & justitiæ, hoc non ante expectandum est, quam cum Rex noster CHRISTUS, sparso in eo Evangelii semini suum adspiraverit incrementum: Ipse enim solus est, qui suos cives regignit, & peccatis mortuos ad vitam adducit justitiæ.[26] Utque; hanc a Patre potestatem acciperet, acerbissimam mortem subiit pro civibus suis, etiam cum illi adhuc essent eius inimici & hostes.

Tertio[27] competit administrationi regnorum mundi, sicut & regni CHRISTI, vt utraque malos, dum latent, ferre inter bonos debeat: dum autem palam suam impietatem & injustitiam fecerint, nec correcti eam deponere

[Liber 1 chapter 2 page 6]
sustineant, e re publica tollere. Dominus enim admodum severiter populo suo præcepit, scelerosos & perditos homines e medio sui profligare, ac igni exurere, adeoque; quam plenissime expurgare. Deuteronomium 13:17.19.21.22.24.

Differt[28] autem hoc inter administrationem regnorum mundi & regni CHRISTI, quod reges mundi, ad emendandum vitiosos, & ē re publica.[29] exturbandum deploratos cives, utuntur ex Dei mandato mulctis, plagis, carcere, exilio, variisque; mortis suppliciis:[30] nec enim frustra gestant gladium. In regno autem cælorum, & CHRISTI, verbo tantum & spiritu, adhibitis vinculis agendæ pænitentia reducuntur in viam salutis, qui ab ea deflexerunt, fi quidem sanabiles sunt: præ fractos autem, & in sceleribus obstinatos, satis est Christi populo habere pro ethnicis & publicanis.[31]

Attamen[32] vt peccandi timore suos percellat, corripit & Rex noster CHRISTUS plerumque eos, qui in Ecclesiis suis gravius peccant, immissis interdum morbis, variisque; calamitatibus: & in sceleribus obstinatos tollit e medio sæpenumero subito horrendis mortis generibus, & abi icit in gehennam. Ad canque; severitatem exercendam utitur ministerio aliquando malorum spirituum: vt fecit castigando & probando Jobum suum, & puniendo Ægyptios. nonnunquam vero etiam sanctorum suorum hominum: uti Petri increpatione subito interfecit Ananiam & Saphyram,[33] Magum Paulo

---

24 2. Cor. 10. & 13.

25 II. Proprium regni Christi.

26 1.Cor.3, Ioh. 3,5.

27 III. Regni Christi cum regno mundi commune.

28 III. Proprium regni Christi.

29 Rom. 13.

30 Qua ratione vitiosi homines in Regno Christi sanentur, vel eo ejiciantur.

31 Matth. 16:18. 1.Cor.5, 2.Cor. 2:12, 2.Thess.3.

32 Christus morbos interdum & mortem infligit propter peccata.

33 Act.6:13., 1.Tim.1.

resistentem percussit cæcitate, Alexandrumque; & Hymenæum blasphemantes Evangelium suum, tradidit Satanæ excruciandos.[34] Nec pauci sanctorum in prima Ecclesia hoc dono, hacque Spiritus sancti facultate, quam D. Paulus ad Corinthios ***διώαμιν***[35] appellavit, præditi suerunt. Sed nec hodie preces sanctorum contra sceleratos regni CHRISTI hostes inefficaces sunt: sicut nec irrita suit maledictio Elissaei prophetæ in pueros ipsi illudentes, quos mox ursæ discerpserunt: 2.Reg.2.

Quarto[36], convenit inter regna mundi & CHRISTI: quod sicut solent Reges mundi, ita velit & noster Rex cælorum CHRISTUS, suos cives externis certis pactis & sacramentis in suum regnum recipi & obsignari, in suos quoque; cogi cœtus, & suos habere conventus, suisque; regi ministeriis. Noster autem Rex cives suos per sacramenta sua purgat etiam, pro arcano æternæ electionis suæ consilio, a peccatis, & vite donat cælestis novitate: quorum nihil possunt reges mundi. Atque ea de causa vult & Rex noster cælestis redigi suos quasi in certas tribus, suaque; habere sancta comitia, vt in his verbum ipsius audiat, preces ad eum fundant, gratias de acceptis beneficiis agant, cum verbis, tum sacris pro egentibus CHRISTI oblationibus: sacramentis denique beatæ communionis eius, fædus salutis æternæ & cum Deo & inter se con stabiliant, ipsique; suo capiti inserantur penitius, in eumque; crescant per omnia.[37]

Ita in hoc ordinat & constituit suis ministros & pastores[38], qui suas illis leges externe quoque; proponant, & sacramenta dispensent, omniumque; & singulorum curam gerant: vt per horum ministeria fides in electis suis cum omni cælestis vitæ studio conservetur, & in dies augeatur atque; perficiatur.

Quinto[39], demittit se etiam Rex noster cælestis eo, vt de necessariis vitæ, suis abunde prospiciat, & efficiat ne quis omnino inter suos his egeat. Novit enim, quibus rebus opus habeant. Primum enim, quod & regum mundi munus est, applicat unum quemque; civium suorum statim a puero eis artibus & functionibus perdiscendis atque; obeundis, ad quas ipse unum quemque; finxit, & idoneum effecit: & has ita distribuit, vt tantum in eius regno finis ille civilis gubernationis ***αυτάρκεια***[40] obtineatur.[41] Nam in quibus ille vere regnat, hi nihil sibi, sed tantum quæ aliis conducant, quærunt: adeoque; dant operam, vt quisque; inter eos suo muneri, cum omni tranquillitate & diligentia incumbat, locumque;

[Liber 1 chapter 2 page 7]
in CHRISTI corpore tueatur suum, nihilque; vel ***πολυπζαγμοσυνη***[42] perturbet, vel negligat socordia & ocia: consortio excludunt suo, qui munus suum deserunt, & pergunt vivere ocia fi.[43]

Cumque[44] agantur in omnibus vt filii Dei, spiritu Dei, facile possunt perficere quod instituunt. Distribuit enim hic Spiritus cuique; dona sua, vt ad communem utilitatem unusquisque; aliquid

---

34 Donum δυγ άμεως

35 [***διώαμιν***]

36 IIII. Commune regni Christi cum regnis mundi. IIII. Proprium regni Christi.

37 Rom.6., 1.Cor.12., Galat.3., Ephes.5., Tit.3., Iohan,6., Ephes.4.

38 sacrum Ecclesiæ ministerium & cura pastoralis.

39 V. Commune regni Christi regni mundi.

40 [**αυτάρκεια**]

41 1.Cor.13., 1.Thess.2., 2.Thess. 3., 1.Cor.12., Ephes.4

42 [***πολυπζαγμοσυνη***]

43 In Ecclesiæ Christi nemo toleretur otiosus, aut qui alienum negotium invadat.

conserat. Deinde quia vera inter eos viget fraterna charitas, quibus datum est bonis temporalibus abundate, hi liberaliter tribuunt iis, qui rerum harum premuntur inopia.[45]

Postremo, cum in conspectum Domini, in solemnibus cætibus nemo adveniat manu vacua, sed aliquid Domino pro muneribus eius grato offerat animo: & hæc juxta Spiritus sancti ordinationem, per ordinarios fidosque; Ecclesiæ diaconos dispensentur, inter eos qui opus habent: sit sane, vt nemo inter vere CHRISTI cives egens reperiatur: sed cuique; attribuatur, quantum uni cuique; ad pie beateque; vivendum satis suerit.

Est[46] quidem & in regum mundi officio, hæc omnia in re publica procurare. verum illi vi & imperio utuntur ad ea externa: nec tamen vt omnino nemo inter suos egeat, sed cuique præbeatur, quantum ad bene atque feliciter vivendum satis habeat, efficere possunt. Nec enim possunt dare vel iis qui facultatibus vitæ huius abundant, præbendi promptam voluntate: vel egentibus, animos necessaria benignitate contentos. Cum Rex noster veræ charitatis atque patientiæ largitor, mentes suorum ad hanc salutarem & rerum communionem, & tenuitatis tolerantiæ reddat verbo & Spiritu suo quam promptissimos & fortissimos.

Et quo hanc inter suos rerum communicationem firmius con stabiliat, & fructuosiorem reddat, efficit item verbo & spiritu suo, vt quisque; suorum illud vitæ genus, ad quod ab eo vocatur, cum religiose ineat, tum constanter excolat.[47] Conjugio in regno eius, ubi id vere obtinet, nulli copulantur temere, aut pro carnis libidine: sed explorato parentum, aliorumque; custodum suorum, sive domesticorum, sive a re publica constitutorum, consilio & authoritate. Atque; hi in primis id spectant, vt filiis suis uxores accipiant de religione consentientes, quæque; se viris suis ex animo subii ciant, eosque; observent & colant, sicut Ecclesia Christum observat & colit: sintque; revera viris suis ad pie beateque; vivendum fideles adjutrices.[48] Ita dant operam, vt filias suas eius modi jungant maritis, qui eas vere diligant, & ad omnem sanctimoniam atque; pietate adjuvent: seque; vere salutares illis præbeant moderatores, curatores & servatores, qualem se præstat CHRISTUS Dominus corpori suo Ecclesiæ.

Ad hunc vero modum in Domino copulatis conjugibus,[49] idem Rex noster ubi liberos dederit, spiritum suum assat, vt eos summa cura instituant & forment ad omnem pietatem, sanctimoniam, & justitiam: vt qui se suorum liberorum, postquam baptismate eos Domino consecraverint, pædagogos magis quam parentes agnoscant. Quos enim ipsi genuerant carne in mortem, norunt Christum re genuisse baptismate in vitam æternam. Dant itaque operam, vt cum a se, tum a ludimagistris, (qui & ipsi in regno CHRISTI pietatis doctrinam cumprimis tradunt) tum per Ecclesiæ Catechistis doceantur agnoscere & odisse inhærentem in ipsis vim peccati ac peccatorum remissionem, & spiritum justitiæ, per unum regem, & summum sacerdotem CHRISTUM, a Deo patre petere: idque viva pænitentia & side, cui semper conjunctum est studium mortificandæ carnis, & in vite novitate proficiendi. Hæc illa ***παιδέια κὸμνκϑεσία***[50] Dei est, quam Spiritus sanctus parentibus tam diligenter commendat in epistola

---

44 Omnia suppetunt civibus regni Christi.


45 1.Cor.12., Exod.23., Deut. 16. Insectis & solemnibus Ecclesiæ conventibus semper aliquid Domino offerendum. Munus Diaconorum.

46 Act. 2:4. V. Proprium regni Christi

47 Quomodo conjugium coeat in regno Christi.

48 Ephes.5.

49 Vera liberorum educatio in Ecclesia Christi.

50  [***παιδέια κὸμνκϑεσία***] [education komnkthesia]

ad Ephesios. Hacque ***ϖαιδέια***[51] impletur illud,[52] quod Dominus de baptizatis præcepit: Et docete eos servare quæcumque;

[Liber 1 chapter 2 page 8]

præcepti vobis.[53] Atque nisi animi puerorum ad hunc modum a primo statim tempore, quo intelligere aliquid possunt, ad CHRISTI obedientiam formentur & adsue fiant, succrescunt in illis, ex vitiatæ originis radice, eius modi vitiorum sentes & vepres, quibus semen verbi Dei a cordibus illorum, vel ne recipiatur, avertitur & repellitur: vel præfocetur & extinguitur receptum, vt legibus postea ad eorum emendationem tantundem proficiatur, quantum profici solet remediis in corpore, in quo morbi ir roborati sunt, vt iam medicinam omnem respuat, aut etiam noxiam sibi efficiat.

Præterea, quemadmodum Rex noster unum quemque suorum, tanquam membrum in corpore suo, summe opportuno loco collocat: ita largitur etiam cuique; vt grate eum amplectatur & tueatur locum omni side & studio, in quocunque collocatus suerit: sive secundum mundi judicium humili, obscuro & ærumnoso: sive sublimi, Illustri & lauto.

Hac vero ratione distributis civibus suis, & suis functionibus ac muneribus incumbentibus, ita fovet hic Rex noster, suamque;[54] adjicit beneficentiam, vt se invicem omnes & singuli, sicut membra in corpore, summa complectatur charitate, curamque; sui ipsorum mutuam gerant attentissimum, vt qui revera unum habeant cor, & unam animam, atque; communia inter se omnia. Id tamen ea communitate, quæ nullos a Deo institutos generis humani ordines disturbat, nullamve ab eo ad signatam vivendi conditionem immutat: & tamen efficit, vt cuique suus habeatur honos, & sua emolumenta attribuantur, quæcunque; aliquid ad pie beateque; vivendum conserunt. Hæc quidem omnia debent reges quoque mundi, vt superius dixi, apud suos instituere, & elaborare: vt autem re ipsa solide præstentur, hoc proprium est regni CHRISTI, & plane obtinentis.

Sexto[55], est regnis mundi & CHRISTI commune, quod perpetuo dimicandum utriusque est cum malis & hominibus & spiritibus.

Propria sunt, quod regna mundi, armis utuntur contra malos homines etiam carnalibus. Regnum vero CHRISTI armis tantum pugnat spiritualibus, contra hostes tam carnales quam spirituales: illis nimirum armis, quæ describuntur posterioris ad Corinthios decimo, & Ephesios sexto.

Septimo[56], convenit inter regna mundi & regnum CHRISTI, quod sicut regna mundi regno CHRISTI, ita etiam regnum CHRISTI suo modo subi iciatur regnis mundi. Quanquam enim Rex noster CHRISTUS, nunc ad dexteram patris regnum suum administrans subi iciatur nemini, ei vero necesse sit subi ici omnia quæ sunt in cælo & in terra: tamen quemadmodum ipse, cum in hoc mundo versaretur,[57] potestatibus, quibus gladium ipse commiserat, subditus suit usque; ad mortem, & eam quidem in justissimam: ita vult suos quoque, non solum veris mundi regibus & justis principibus, verum etiam

---

51 [***παιδέια***] [education]

52 Cap.6., Matt. vlt.

53 Necessitas piæ educationi.

54 Act.4., Christianis omnia communia sunt.

55 VI. Regni Christi & regni mundi commune. VI. Proprium regni Christi.

56 VII. Regni Christi & regni mundi commune. Vt regnum Christi subjicit se regni mundi.

57 1.Pet.2.

iniquissimis dominis & te ter rimis tyrannis, quibus publica scilicet potestas sit demandata, ex animo parere, eisque; non solum legitimum tributum & vectigal, sed quæcunque ab illis indicuntur & imponuntur, patienti animo præstare, judiciis eorum iniquis se permittere, & munia omnia rei publicæ pro sua portione studiose obire. Hoc est quod Spiritus S. præcepit ad Romanos 13. Omnis anima potestatibus supereminentibus subjecta sit. Cum enim dicit, Omnis anima, docet hoc nomine, ut D. Chrysostomus recte colligit, præceptum hoc datum esse non secularibus modo (quos vocant) hominibus, verum etiam sacerdotibus & monachis: imo, si quis etiam Apostolus sit, evangelista, propheta, aut quicunque tandem. Nec enim, vt idem Chrysostomus pie ait, evertit pietatem subjectio. Porro, sicut regnum CHRISTI regnis & potestatibus subi icit mundi: sic contra omne verum mundi regnum (regnum dico, non tyrannidem)

[Liber 1 chapter 2 page 9]
subi icit se Regno CHRISTI; & reges ipsi cum primis, vt qui pietatem non colere tantum pro se, sed etiam ad eam subditos adducere studeant.

Proinde[58] sacro baptismate omnes Regno CHRISTI incorporantur, & in obedientiam eius sese addicunt: ad sacros cætus frequentes conveniunt, vt & CHRISTI doctrinam ibi percipiant plenius, & disciplinæ se eius solidius accommodent. Sique excidant sibi, & peccent, vincula pænitentia minime detrectant. Cujus rei Theodosius ille Imperator religiosissimus præclarum exemplum præbuit in Ecclesia Mediolanensi.[59] Nam non solum æquo tulit animo, verum in causam sibi vertit salutaris pænitentia, cum eum D. Ambrosius templo, cum vellet illud pro more ingredi, occurrens ei ante vestibulum, prohibuit, gravique objurgatione increpuit, quod nondum pænitentia acta de crudeli cæde, qua in Thessalonicenses, propter lapidatos & contumelia affectos judices suos, promiscue desævierat, auderet in sacrum cœtum se ingerere. Nam convocata plebe ad spectaculum, immiserat militem, qui septe hominum millia ex ea interfecerant. Nec istam modo objurgationem grato admisit animo, sed vinculum quoque; agendæ pænitentiæ ab eodem D. Ambrosio patienter suscepit, abstentus sacris per octo menses. A quo vinculo tum demum absolutus est, cum pænitentium suam veris eius fructibus demonstrasset, & veniam supplex atque; lacrimans petiisset.

Ita & Valentinianus[60] primus, quanquam militiæ quam religionis haberetur peritior, cum Ecclesia Mediolanensis pastore esset destituta, convocatis ad se Episcopis, qui ei Ecclesiæ deligerent Episcopum, admodum pie dixit: Non potestis ullo modo ignorare, quippe innutriti divinis literis, quale convenit esse eum, cui pontificalis dignitas committenda sit: quodque non doctrina solum, sed etiam moribus ac vita instruere subditos debet, atque ita totius honestatis se proponere exemplum, vt doctrinæ suæ administratio ipsa testimonium dicat. Proinde & hoc tempore eum collocate in pontificali solio, cui nos quoque Imperii moderatores, nostra subdamus sincere capita, cuiusque; reprehensiones (cum enim homines simus, & offendere necesse est) tanquam medicinæ curam libenter admittamus. Hæc ille.

Veri etenim reges, qui nulli quam Christiani sunt, norunt se CHRISTUM audire, cum veros eius audiunt ministros: CHRISTUM aspernari, cum illos contemnunt.[61] Mittit enim Dominus ministros suos, sicut misit ipsum pater. Proinde quanquam pii reges mundi sua interdum authoritate, præsertim cum vitiatum sacerdotium est, & depravatæ Ecclesiæ, sacerdotes Domini constituunt, & restituunt (vt Davidem, Salomonem, Hiskiam, Iosiam, & multos etiam pios Imperatores & reges, in luce novi Testamenti fecisse legimus,) tamen, ubi Ecclesiarum ministri legitime suerint instituti, munusque suum

---

58 Quomodo regna mundi subjiciant se regno Christi.

59 Præclarum exemplum Theodosij Imperatoris. Theodoritus in sua histo. Eccles. lib.5.cap.18.

60 Idem Theodoritus lib.4.cap.7. Per-pia oratio Valentiniani Imp oratoris ad Episcopos.

61 Luc.10., Ioban.20. Quibus de causis subdant se S. Christi ministeriis omnes qui Christi sunt.

rite obeunt, omnes veri reges & principes CHRISTI vocem a ministris supplices audiunt, Majestatemque; filii Dei in illis suspiciunt: sicut etiam illi nihil de suo, sed tantum CHRISTI verba & mysteria ad ministrant, verba & mysteria vitæ æternæ.

Quamobrem non publicis modo ministris CHRISTI, & Ecclesiarum, pastoribus, tales principes, sed & totis Ecclesiis se penitus mancipant, easque; summo fovent studio, & exornant,[62] vt impleant illud Isaiæ:[63] Erunt reges nutritii tui, & uxores eorum, principes feminæ, nutrices tuæ, pronis faciebus in terram adorabunt te, & pulverem pedum tuorum lingent: sciesque; quod ego sum Dominus: & quod non pudefiunt, qui me expectant. Item illud Psalmi:[64] Et procident coram illo omnes reges, omnes gentes servient ei.

Huius sancti studii in CHRISTI regnum, omnes veri reges, plurima & præclara præbuerunt exempla: sicut David, Hiskia, Josia, in populo veteri: ita in novo Constantinus, Jovinianus, Theodosius, multique alii, uti Ecclesiasticæ atque aliæ historiæ abunde testantur. Porro sicut pauci hominum

[Liber 1 chapter 2 page 10]
sustinent filium Dei super se plene regnare: ita merentur, vt paucissimos ab eo accipiant veros Reges:[65] qui scilicet quæ ad salutem & felicitatem eorum pertinent, cum certo norint, tum studiose procurent. Hinc sit plerumque, vt regni CHRISTI cives, a regnis mundi, velut qui nusquam sint, nihil habeant adminiculi, nihil ministerii, sed exagitentur, & divexentur potius a mundi tyrannis, & quibus vis, quos hi fovent, sceleratis hominibus.

Attamen quantumvis oderit & oppugnet regnum CHRISTI mundus per tyrannos suos: tamen sceptrum virtutis eius emittit Deus, dominarique facit in medio inimicorum suorum: gregemque suum ipse colligit Rex noster, servat & pascit in medio luporum: quemadmodum id in prima Ecclesia mirifice sane declaravit,[66] cum Ecclesiam suam Hierosolymis inter atrocissimos hostes tam subito auxit & & multiplicavit, & donis cælestibus adeo mirifice exornavit, vt hostibus quoque suis illa esset formidini: nec quisquam se illi auderet adjungere, nisi quem Rex ipse noster side in se vera donasset. Regnare enim eum oportet in electis suis usque ad finem mundi.[67]

Regnat autem in his pro consilio Patris, ac suo, arcano quidem, sed semper justo: nunc in pluribus & plenius, vt patefaciat scilicet in vasis misericordiæ infinitas opes bonitatis suæ: nunc in paucioribus & infirmius, vt justam suam demonstret severitatem in hominum impietatem & ingratitudine, qui cognitam ali quousque; veritatem detinent mendacius, suis.[68]

At si quem populum Rex noster CHRISTUS in gratiam suam plene recipit, atque vt olim populum Isræl, regnum sacerdotale efficit, huic præficit principes & reges, qui exemplo Mosæ, Josua, & similium ducum & custodum populi Dei, promam impendant curam religioni instituendæ, & provehendæ: neminem omnino tolerantes in re publica sua, qui fædus Domini, fædus fidei & salutis, palam violet: sive sacrarum neglectu cæremoniarum, aut indictarum seriarum; sive confessis flagitiis & sceleribus, nedum ulla verbi Dei contradictione & depravatione.[69]

---

62 Studium & benignitas regum in Ecclesias.

63 Cap.49.

64 Psal.72.

65 Raro habere homines veros reges, quia Christi regnum aversantur.

66 Psalmi 110, Isaiæ 40. Christus regnat apud suos in medio hostium suorum.

67 Act. 2:4

68 Regni Christi amplitudo, tempore divine misericordiæ: contractio, tempore severitatis.

69 Cum Dominus totos populos regno suo plene donat, tum dat eis etiam veros & pios Reges.

Etenim cum omnium bonorum principum sit, cavere modis omnibus, ne cui hominum eorum subditi faciant iniuriam, ne liberi moderationi repugnent parentum, ne servi diffugiant aberis suis, aut jussa eorum detrectent, aut quisquam officium suum cuiquam hominum subtrahat: quanto magis advigilare necesse est, & elaborare omnes eos rerum publicarum gubernatores,[70] qui agnoscunt omnem sibi potestatem a solo Deo delatam, seque; ab ipso pastores populi ipsius in hoc constitutos, vt sibi subjectos ex ipsius sententia gubernent ac custodiant, caveantque ne quis fidei ipsorum creditorum, a Deo fictore, patre & Domino suo deficiat, legesve eius contemnat, aut suum ei honorem ulla in re detrahat? Hinc est, quod vere misericordi indicio Deus in lege sua sanciunt, ab omni populo lapidandos, qui aliquid blasphemiæ contra ipsum dixissent: qui sabbatum violassent: qui salsam religionem admisissent, vel aliis obtrudere essent conati, legesve eius destinata voluntate fuissent transgressi.

Sic vero ad vigilantibus contra iniurias Dei,[71] piis regibus, impietas quidem multorum non excinditur: opprimitur autem, ne se ad Dei contumeliam, & infirmorum offendiculum proserat. Atque sapientissimus & optimus generis humani gubernator Deus, hoc ipsum præstare judicavit, vt impii continere sibi impietatem cogerentur suam, & pietatem simulare (quæ res ipsis tantum noxia esset) quam vt eis permitteretur, virus impietatis suæ aliis quoque offundere, & eo infirmos multos in populo ipsius a timore, cultuque eius vero abstrahere.

Quo etiam pro infinita sua bonitate & misericordia salutem offerat omnibus, & ignorationis excusationem cunctis adimat, sicut olim præcepit

circumcidi omnes suorum liberos & vernaculos, religionesque; suas omnes observare, sic nunc vult omnes quoque; baptizari, ac deinde sub Ecclesiæ disciplina doceri, quæcunque; mandavit. Id hoc etiam commodi adfert, ne quis in populo eius, salutari doctrina & Institutione ad pietatem destituatur.[72]

Quandoquidem ergo agnoscimus, quæcunque; in divinis libris scripta sunt, ad nostram esse scripta doctrinam: & exempla nobis proposita, quacunque; veteres sancti Dei mandato gesserunt: eorum certe partes sunt, qui veros se reges populo Dei student præstare, vt nullam humanam sive authoritatem, sive depravatam consuetudinem, præceptis Dei, & laudatis a Deo priscorum ducum & custodum populi Dei exemplis, in administratione regnorum suorum anteponant.[73]

Curabunt itaque; in primis religionem CHRISTI administrari per idoneos sacerdotes summa sinceritate, & studio ardentissimo. Deinde juxta Domini præceptum, quicunque; CHRISTO baptismate addicit sunt, doceri assidue, & servare quæcunque; ipse Rex noster mandavit: nec cuiquam suorum connivere, vt CHRISTI doctrinæ & disciplinæ se vel palam subducat: nedum vt impia illi audacia adversetur. Si reprobi interim hypocritas se præstent, pietatem, quam externe simulant, animo respuentes sibi tantum eo noxii erunt, non aliis: vt quibus nec verbo, nec facto, impietatem obtrudere permittuntur.

Tales itaque; reges Dominus populo per prophetas promisit: sed, si regnum filii sui plene recepisset. Quo tamen ostenderet virtutem regni filii sui arcanam & cælestem: ab initio divulgati regni sui in gentes, usque; ad D. Constantinum, neminem regem suis dedit: sed crudelissimis tyrannis eos subinde exploravit, & probavit: quanquam tolerabilem eis nonnunquam rerum tranquillitatem

---

70 Piis principibus iniuriæ & contumeliæ in Deum in primis vindicandæ. Quos lapidari Deus præcepit. Levit. 24., Exod. 31:35., Deut. 13:17., Num. 15.

71 Vult Deus impietatem, quæ verbo suo non depellitur, reprimi principum animadversione.

72 Deus vult, ne quemquam inter nos toleremus, qui regnum eius palam respuat. Matth. vlt.

73 Rom. 15., 1.Cor.10., Pij principes in adserenda & vindicanda vera religione, sola Dei præcepta & indicia.

concesserit sub impiis licet tyrannis.[74]

Hoc tamen omnes sancti martyres & Patres semper agnoverunt, summum divinæ misericordiæ beneficium esse, rebus humanis præfici veros reges & principes: hoc est, qui CHRISTI regnum in primis & colerent ipsi, & propagare apud suos, in diesque; amplius illustrare studerent. Quocirca populas CHRISTI, regium sacerdotium, gens sancta, populus Dei peculiaris,[75] debet solo quidem regis sui CHRISTI niti præsidio: nec commoveri, si gubernacula mundi sævissimis etiam tyrannis permittantur: precari autem ad Dominum perpetuo, vt rebus publicis præficiat veros reges & principes, qui secundum cor ipsius omnia administrent, quo quietam & tranquillam vitam degere liceat in omni pietate & honestate. Et qui ad rerum publicarum gubernacula a Deo adhibentur, debent (vt dixi) id ante omnia studere & elaborare,[76] vt potestatem administrent suam juxta Dei leges, & a Deo commendata piorum principum exempla.

Ex his, si ea religiose expendantur, & adducti Scripturarum loci diligenter ponderentur, facile videre licebit, quid commune sit CHRISTI regno cum regnis mundi, & quid etiam CHRISTI regno proprium, ac quomodo inter se conjungantur, subique invicem sese subii ciant, & deserviant. verum vt aliquanto solidius vis omnis & ratio regni CHRISTI cognoscatur, visum est subi icere nonnullos D. Scripturarum locos, qui hæc aliquanto evidentius, & majori ***δεινώσει***[77] explicant, & ob oculos ponunt. Nimis enim obliterata & oppressa hodie est regni CHRISTI cognitio: quod hi quoque suis actionibus nimis clare evincunt, qui haberi volunt regni CHRISTI cum scientissimi, tum studiosissimi.

[Liber 1 chapter 3 page 12]

Aliquot illustriores D. Scripturarum loci, de regno CHRISTI, ex quibus, quæ præmisimus, plenius cognoscuntur.

CAPVT III.

Isaiæ, regni CHRISTI non tam propheta quam evangelista, quæ CHRISTI regno propria sunt, multis in locis mira claritate, copia & gravitate describit. Quod & alii prophetæ pro sua portione faciunt. Nos pauca ex his, sed evidentiora testimonia adducemus. Legimus itaque primum Isaiæ secundo: *In postremis diebus eveniet, vt sit mons domus Domini, solide constitutus in capite montium, & elevetur supra terra celsitudines, & fluent ad eum omnes gentes. [Isaiæ 2:2]*

Quia Ecclesia CHRISTI primum instituta[78] est Hierosolymis, inde in Scripturis subinde vocatur Hierusalem, mons Sion, mons Domini: in quo regni CHRISTI perpetuam firmitatem & stabilitatem agnoscere & suspicere debemus. Mundi enim regna perpetuis mutationibus sunt obnoxia.

Porro quod subi icitur, Montem domus Domini constituendum[79] fuisse in capite montium, & elevandum supra celsitudines terræ: eo docemur, Ecclesiæ CHRISTI tandem subi ici oportere omnes

---

74 Christi virtute sola nitendum.

75 1.Pet 2

76 1. Tim.2

77 δεινώσει [***δεινώσει***] [aggravation]

78 Regni Christi stabilitas.

79 Regno Christi omnia debent subi ici.

gentes & regna, quæ quidem propitium habere Deum, & sempiterne salutis esse participes voluissent. Nam, vt idem vates infra 60. voce Domini testatus est, Peribunt gentes & regna, & omnino devastabunt ur, quæ populo CHRISTI noluerint servire. Nec enim nisi in Ecclesia CHRISTI, remissio datur peccatorum, & vita æterna percipitur. Quod postremo[80] additur, con fluxurus omnes gentes ad montem domus Domini: studium indicatur recipiendi regnum CHRISTI, quo gentes tam mirifice flagraverunt, simulatque ceperat illud omni creaturæ prædicari.

Sequitur in vaticinio prophetæ: *Ibunt itaque populi multi, & dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini, & domum Dei Iacob: & docebit nos de viis suis, gradiemurque in semitis eius. Nam de Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem.*

Quod prædicit futurum, vt populi multi se invicem invitent ad ascendendum in montem Domini: eo docet studium veræ communionis in CHRISTO, & curam procurandæ salutis mutuam.[81] Quicunque enim vere credit CHRISTO, is non potest regnum eius non prædicare, & ad illud, quos queat, invitare. Credidi (canitur in Psalmo) propterea locutus sum. Iam quia vult Dominus suos inter se vt membra corporis cohærere, & se in vita Dei invicem instaurare: vult etiam eos sacros conventus hac ipsa de causa, consecratis ad hoc locis, summa religione agitare: non Hierosolymis tantum, aut in monte Garizim, sed ubique gentium. Quod vero subi icitur in prophetia. *Et docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius*[82]*:* eo præcipuum opus indicatur veri Christiani cætus, sincera doctrina pietatis, & eius dem prompta obedientia. Et observandum est, Dominum ipsum docere suos, & docere eos vias suas.[83] Quanquam enim ad hoc Utatur ministris suis, ipse tamen solus is est, qui doctrinæ ministrorum suorum efficaciam suppeditat: quique donat ministris suis, vt vias suas ex suis scripturis fideliter indicent, & commendent: ita vt mandatum eis dedit ascensurus in cælum, & vt Apostoli in die Pentecostes ceperunt. Propter quod adjecit: *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem.*[84] Quo dicto, duo docemur: doctrinam salutis a solo CHRISTO, & in eius tantum Ecclesia petendam esse: & eam doctrinam, quam Apostoli primum Hierosolymis docere ceperunt. Sequitur in prophetia:

Et judicabit inter gentes, & reprehendet populos multos: & contundent gladios suos in ligones, & lanceas suas in falces: non levabit deinde gens contra gentem gladium, & non instituentur posthac ad bellum. Domus Iacob venite, & ambulemus in luce

Domini. Hic docetur, vigere debere in Ecclesia & severitatem judicii contra peccata: vt ad pænitentia& remissionis peccatorum prædicationem, pænitentibus & credentibus peccata remittantur:[85] eorum autem peccata retineantur, qui CHRISTI evangelium contempserint. Tum si qui ex iis qui in Ecclesiam iam recepti sunt, gravius delinquant, debere erga hos judicium Domini exerceri, vt ad veram pænitentium commoveantur, atque ad declarandam quoque eam veris pænitentia fructibus urgentur: ac pro ethnicis & publicanis: qui in his Ecclesiam non audierint, habeantur, a communione CHRISTI rejecti. quod autem subi icitur, Populos suos contus uros gladios in ligones, & c. hoc de iis prædictum est, qui regnum, CHRISTI vere susceperint. isti enim abnegant semet ipsos, & nihil quærent, sui, sed tantum quæ ad salute aliquid contulerint proximorum. Cum Hic subi icitur, *Domus Iacob venite, & ambulemus*

---

80 Studium in regnum Christi confluendi.

81 Communio, & mutuum ædificandi studium in regno Christi. Psalmi. 116.

82 Iohan.4. Quid in S. cætibus sit agendum

83 Deus ipse docet vias suas.

84 Matth. vlt. Doctrina salutis a solo Christo, & in eius Ecclesiæ, petenda.

85 Ecclesiæ censuræ & judicie.

in luce Domini: eo demonstratur, neminem posse familiæ Iacob, hoc est, veræ Ecclesiæ Christi accenseri, qui non summo studio sacros frequentet cætus, & quos possit eodem invitet: idque; eo vt lucem Domini, hoc est, pura evangelii doctrinam in dies clarius perspiciant, & studiosius sequantur.

VATICINIVM DE REGNO CHRISTI, EX VN -

decimo capite Isaiæ.

Egredietur virga de stirpe Ischai, & surculus de radice eius succrescet. [Isaiæ 10:1] His docemur, CHRISTUM Dominum, vt hominem, natum ex semine Davidis, esse nobis a Patre regem & servatorem constitutum. Dedit enim ei omne judicium,[86] quia filius hominis est: & quoniam humilia vit se, factusque est pro nobis obediens usque ad mortem, & mortem crucis, exaltavit eum Pater super omnia, deditque[87] ei nomen super omne nomen, vt sectant se ei omnium genua, & omnis lingua confiteatur eum Dominum. Sequitur in vaticinio:

Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intelligentiæ, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiæ timoris Domini.[v.2] His verbis docemur, sicut CHRISTUS Rex noster nihil ex se, sed omnia docuit & gessit ex sententia & spiritu Patris:[88] ita nullam omnino doctrinam, nullam cæremoniam, nullam disciplinam posse CHRISTO Regi, & regno eius, quod est Ecclesia, ascribi, nisi quæ instituta sit & proficiscatur ex Spiritu sancto: quo filii Dei aguntur omnes. Hic vero Spiritus cum per Scripturas suas, tum per arcanos instinctus, inducit suos in omnem veritatem, instruitque ad omne opus bonum. Est enim spiritus sapientiæ:[89] hoc est, qui suppeditat solidam Dei, & operum judiciorumque eius cognitionem. Est spiritus intelligentiæ, impertiens veram & salutarem operum & judiciorum Dei intelligentiam. Est spiritus consilii, dirigens judicium & delectum nostrum in rebus agendis, est spiritus fortitudinis. Firmat enim animos suorum contra omnes terrores mundi & Satanæ: facitque constanter in omnibus adserere gloriam CHRISTI, in salutem proximorum, est spiritus scientiæ, donans suis decenter & prudenter omnia ad gloriam Domini instituere, & perficere, est spiritus timoris Domini, hoc est, veræ religionis: quia cives Regni CHRISTI, sicut Deum constanter & in dies ardentius colunt, ita dona ista spiritus ab eo liberalius impetrant. Sequitur in prophetia:

Et faciet adorari eum in timore Domini, nec juxta visionem oculorum suorum judicabit: neque juxta auditum aurium suarum arguet. [v.3] Et Hic docemur, vigere oportere in Ecclesia judicium Domini, quo CHRISTO vere credentes, ab hypocritis CHRISTI contemptoribus discernantur: sed non acumine ingenii humani nec solum ex visis & auditis (quanquam arbor quælibet ex fructibus suis dinosci debeat) verum judicium hoc fieri necesse est (si quidem CHRISTI judicium haberi debeat) ex religione, & timore Domini, vt sit CHRISTI ipsius magis quam Ecclesiæ judicium: qui solus scilicet novit, quid sit in homine: et

[Liber 1 chapter 3 page 14]
a patre accepti, vt illico perspiciat, ac ceu olfaciat, quicquid boni vel mali in latebris reconditum sit cordium humanorum. Sequitur in vaticinio:

Et vindicabit pauperes per justitiam: & judicabit in æquitate, secundum afflictos terræ: Terram

86 Iohan.5.

87 Philip. 2.

88 Nihil Christone nihil eius Ecclesiæ tribui debet, quod non sit a Spiritu S. prosectum.

89 Spiritus sapientiæ. Spiritus intelligentiæ. Spiritus consilii. Spiritus fortitudinis. Spiritus scientiæ. Spiritus timoris.

percutiet virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. [v.4] Judicii CHRISTI rationem Hic explicat: pauperes enim & afflictos in hoc seculo, qui sentiunt scilicet pondus peccatorum suorum, & intolerandam Dei iram contra illa accensam, hos donatos pænitentia & remissione peccatorum, eximit hic Rex noster potestate Satanæ & adjungit regno suo: sicut dixit,[90] Talium esse regnum cælorum. sicque tuetur eos, vt ob lædere eos nihil possit: cooperari autem eis oporteat ad salutem omnia. De hoc judicio præclare canit Psalmus 72. sicut & in hoc atque; cæteris Vatibus permulta nobis de eo prædicantur: quæ summæ merito sunt omnibus piis consolationi.

Quod adjungitur de percutienda terra virga oris Domini, & interficiendo impio per spiritum labiorum eius: eo regni CHRISTI illa exprimitur proprietas, quod non externa vi & armis, sed verbo & spiritu CHRISTI,hostes eius percutiuntur, & interficiuntur: vel, vt donati cognitione evangelii resipiscant, & esse hostes atque impii desinant: vel, vt sublati tandem e medio, nihil iam filiis Dei facessant negotii. Sequitur in prophetia:

Et justitia erit cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius [v.5]. Hic monemur, si membra vera CHRISTI sumus[91], oportere nos omni justitia, quæ side evangelii nobis constat, atque; adeo hac ipsa side esse undique circumdatos & cinctos. Sequitur:

[v. 6-9] *Et versabitur lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit: vitulus & leunculus & pingue pecus versabuntur una, & parvus puer minabit illa. Vacca & ursus simul pascentur, & accubabunt pariter nati eorum: & leo, ceu bos, paleas comedet. Ludet lactens parvulus super foramine aspidis, & ablactatus mittet manum suam super speluncas cerastis. Nihil noxæ aut detrimenti inserent in toto monte sancto meo: eo quod impleta sit terra scientiæ Domini, tanquam aquis maris cuncta operientibus.*

His verbis tria docentur.[92] Primum, ita nos perditos nasci in hunc mundum, tamque; alienos ab omni humanitate, ac seros, vt leonibus, ursis, pardis, lupis, & nocentissimis serpentibus assimilari mereamur.[93] Deinde, si renati in CHRISTO, veri regni eius facti cives fuerimus, tanta nos charitate, & bene merendi de omnibus studio flagrare oportere, vt nemo omnium cuiquam incommodare sustineat: sed studeant singuli, quisque; pro omni virili sua, quam plurimum ad salutem & utilitatem proximorum conferre.

Postremo, hanc humanitatem & charitatem civium regni CHRISTI,[94] ex side, & sola Dei cognitione provenire. Explicat enim vim suam fides per charitatem: quæ vt benefaciat hominibus, ob lædat neminem, semper elaborat.[95]

Observandum vero est diligenter, quanta hic Ecclesiæ scientia Dei promittitur, quæ vt longissime scilicet ad omnes redundet. Hinc enim agnoscendum est, eos qui velint regnum CHRISTI apud nos restitutum, primam oportere curam in hoc impendere, vt Ecclesiis singulis idonei adsint, atque; fideles doctores: qui cum sacris concionibus, & divinarum scripturarum interpretationibus, tum rudiorum catechismis, denique privatis quoque admonitionibus & obtestationibus scientiam veram Domini, hoc est, solidam CHRISTI fidem, qua una vivimus, & salui sumus, in omnes baptizatos uberrime inundent. Se quitur in vaticinio:

[v.10] *In tempore illo stabit radix Jesse, in signum populorum: gentesque inquirent eam, &*

---

90 Marc. 10., Matth. 5., Rom.8., Judicium Christi in hoc seculo. Verbo & spiritu conspiciuntur omnia in Christi regno.

91 Qui Christi sunt, iidem justitiæ ornati sunt.

92 Innata nobis feritas.

93 Quanta renatorum charitas.

94 Charitas ex side.

95 Galat.5., 1.Cor. 13., Scientiæ Dei in undatio.

requies eius erit gloria. Hic prædixit Vates, evangelium[96] omnibus gentibus efficaciter prædicandum, vt ad CHRISTUM, signum salutare, quam plurimi ex omnibus gentibus se conserant: in eo gloriosam requiem

[Liber 1 chapter 3 page 15]
animabis suis, juxta eius promissionem consecuturi, cum in hoc tum in futuro seculo.[97]

Et notandum est, ita oportere CHRISTUM regem sincera evangelii prædicatione apud omnes homines efferri,[98] vt eum electi omnes summo studio inquirant, & cupidissime tanquam unicum servatorem suum recipiant & amplectantur: sicut signum Imperatoris in exercitu in sublime attollitur, vt milites illud longe conspicere, & se, cum oporteant, commode ad ipsum recipere possint. Frustra itaque; illi se gloriantur esse CHRISTI Ecclesiam, apud quos clara evangelii, & assidua prædicatio, non summo studio, & cumprimis exhibetur CHRISTI populo: ita uti legimus CHRISTUM ipsum, & eius Apostolos, munus hoc in Ecclesiis, & ubicumque; auditores nacti essent, in primis ob ivisse.

EX CAPITE XXXII ISAI Æ:

Vasta erunt populo Dei omnia, donec effundatur super nos spiritus de excelso, & fiat ex deserto ager cultus, atque ager cultus pro silva reputetur.[Isaiæ 32:15] Ex his cognoscimus, neminem in regnum venire CHRISTI, & in eo perseverare, nisi afflatum & innovatum spiritu eius[99]: quo antequam afflati[100], & innovamur, instar horridi deserti sumus, nihil quam spinas & vepres proferentes: hoc est, opera eum nobis tum aliis noxia. At, ubi Rex noster, misso evangelio suo, etiam Spiritum sanctum suum e cælis in nos effundit: tum, qui antea habebamur instar sterilis & senticosi deserti, nunc ceu cultus & fertilis ager, fructus omnium bonorum operum ubertim adserimus: & quidem ea ubertate, vt similes simus agri segetibus, & arboribus frugiferis, tam dense consiti atque; referti, vt is ager silva possit videri.[101] Sequitur:

[v.16] *ET habitabit in deserto judicium, & justitia sedem suam figet in agro fertili.* Hoc est, in populo, qui antea, cum spiritu Domini destitueretur, instar deserti erat, obtinebit nunc judicium Domini, vt homines peccata agnoscant sua, & corrigant, ad vivendumque; juxta Domini præscriptum dedant se totos. Sic & justitia sedem suam apud eos firmabit, & con stabiliet: unde omni quoque; felicitate cum temporaria tum spirituali affluent, verque; erunt tanquam ager insigniter excultus, amenus, & fructuosus, Sequitur:

[v.17] *Et erit opus justitiæ pax, & quod elaborat justitia, tranquillitas atque confidentia, usque in seculum.* justitia nostra, fides est, qua credimus[102] nos propitium habere Deum per CHRISTUM Dominum Ex qua side, cum agnoscimus Deum nobis esse placatum, habereque; nos in filiis, & stare a nobis contra adversa omnia: tum etiam novimus, eum solum efficere omnia in omnibus: quid demum possit videri nobis esse metuendum a carne & sanguine, aut etiam spiritualibus atque cælestibus noxis? Aut quid tandem non gratis animis subeundum, suscipiendum & faciendum, quodcunque Dominus

---

96 Efficaciam Evangelii.

97 Matth. 11.

98 Christus signum salutis.

99 Nemo in regnum Christi venit, nisi Spiritu sancto afflatus.

100[afflamur]

101Cives regni Christi non sunt honorum operam steriles.

102 Rom.8.

nobis imposuerit aut jusserit, quantumvis illud carni nostræ videatur grave & molestum? Ex hac itaque; side, hoc est, justitia nostra, sicut pace cum Deo fruimur: ita pacem quoque; cum omnibus hominibus, etiam inimicis infestissimis, perpetuo studio, quod ad nos attinet, servamus, colimusque. Hinc mirifica animi tranquillitate, & pia Dei ope ac fiducia vitam degimus, & nomen Domini sanctificamus:[103] hoc est, ea pace fruimur, quam CHRISTUS solus dat suis: mundus vero nec dare, nec auferre, imo ne nosse quidem potest, quæque superat omnem sensum. Sequitur:

[v.18] *Et sedebit populus meus in habitationibus pacis, & in tabernaculis fiduciæ, atque in sedibus tranquillis & felicibus.* Hæ habitationes, tabernacula & sedes ecclesiæ CHRISTI sunt, sacri credentium CHRISTO cætus, in quibus nobis pax cum Deo, atque ideo etiam cum universis creaturis, per evangelium pacis, & sacramenta CHRISTI cotidie offertur & confirmatur: unde & confidenter & feliciter in summa securitate ac felicitate vitam ducimus.

[Liber 1 chapter 3 page 16]

Tum[104] autem sedemus in his optatis habitationibus, tabernaculis & sedibus, Ecclesiis CHRISTI, cum renuntiato omni obsequio mundo, & eius principi Satanæ, in communionem CHRISTI, cum omnibus sanctis, inque; evangelii obedientiam toto nos corde consecravimus: & in hac beata CHRISTI communione atque; evangelii eius obedientia cum perseveramus constanter, tum graviter progredimur, ac proficimus.

Et hinc ergo discendum: primum, nos, antequam spiritu CHRISTI renovemur, non nisi opera mala & noxia edere posse. Deinde, eos cum Christi regno nihil habere commune, qui non eius spiritu innovati & acti, judicium faciunt, & justitiam: hoc est, solida side credunt filio Dei: per eamque fidem, ex ipsius sententia, instituunt & perficiunt omnia. Quæ sola instita, pacem & animi tranquillitatem, fiduciamque; bonam in omni vita gignit, & sustentat.

Postremo, nos his tantis bonis frui non posse, nisi Ecclesiæ Christi inhæreamus, & Christi communionem cum in sacris cætibus, tum alias, summo studio colamus.

EX CAPITE XXXX. ISAIAE.

[Isaiæ 40:1] *Super montem excelsum ascende tu Sion evangelizatrix, attolle pro virili vocem tuam evangelizatrix Hierusalem: attolle vocem, nec timeas. dic civitatibus Judæ: Ecce Deus vester.* Hic ea regni Christi proprietas nobis commendatur, quod omnis Christi ecclesia debet esse evangelizatrix, ita vt in omni sanctorum cætu sonet vox evangelii assidue, fiducia maxima & studio ardentissimo.

In qui bus ergo Ecclesias vox illa silet, hæ frustra se Christi Ecclesias vacant. Summa etiam evangelii hic exprimitur[105], quæ est, nobis exhibere filium Dei, & ceu præsentem offerre ac dicere, Ecce Deum vestrum: hoc est, peccatorum condonaturum, atque bonorum omnium vitæque; æterne largitorem. Hoc debet quælibet vera CHRISTI Ecclesia, non suis tantum hominibus, verum etiam quibuscunque possit populis & hominibus indesinenter, & quam clarissime prædicare atque adclamare, Ecce Deus vester. Sequitur:

[v.2] *Ecce Dominus Deus cum virtute veniet, & brachium eius pro ipsius arbitrio dominabitur: en merces eius cum eo, & operæ precium eius cum eo.* His docemur, Christum[106] sola sua virtute nos e

---

103 Veræ pax & animi tranquillitas proprium opus fidei in Christum. Ioban. 14., Phil. 4.

104 Pace Dei tum demum fruimur, cum ecclesiæ communionem religiose colimus.

105Ubi vox Christi non sonat cum virtute, ibi ecclesiæ Christi nulla est.

106Salutem nostram Christus solius efficit.

captivitate & servitute Satanæ ereptos, in regnum suum adserere, solumque; opus salutis nostræ perficere. Homines, etiamsi multa nonnunquam bona opera instituant, in eisque perficiendis per strenue laborent: frustrantur tamen non raro omni operum suorum fructu, vt ex laboribus suis nec ipsi, nec alii mercedem & operæ precium, quod quærunt, percipiant. At Dominus & Rex noster, opus salutis nostræ semper perfectum exhibet, & æternum fruendum. Tradidit enim Pater in manus eius omnia, deditque ei cunctam potestatem in omnem carnem: atque eam, vt vitam æternam donet, & perficiat omnibus, quos Pater ei ad hoc ipsum donavit.[107] Sequitur:

[v.3] *Quasi pastor gregem suum pascet, & brachio suo colliget teneros agnos, atque in sinu suo portabit, sætas leniter minabit.* Ratio imperii CHRISTI ea hic nobis commendatur, qua illud administrat summa cum lenitate & misericordia, erga infirmiores side in Ecclesia. Tum docemur hic, etiamsi CHRISTUS utatur in pascendis & curandis gregibus suis, delectis a se ad hoc ipsum ministris: tamen omnem administrationem salutis esse eius proprium opus & effectum.[108] Denique monemur, si vere CHRISTI sumus, nos ceu oves, ipsius pastoris nostri vocem agnoscere & sequi oportere, nihilque considere nobis ipsis, nihil ulli creaturæ.[109] Sicut enim ovillum pecus præ aliis pecoribus stultum ac imbecillum est, & se ipsum curare ac pascere non potest, adeo vt nisi assidua cura boni pastoris servetur ac pascatur, ilico intereat, sic certe & nos, nihil omnino eorum quæ sunt salutis nostræ, ex nobis ipsis possumus vel

[Liber 1 chapter 3 page 17]
cognoscere, nedum parare, indubitataque præda sumus lupis infernalibus, nisi Rex noster & pastor bonus, nos ad caulas suas, hoc est, Ecclesias cogat, & in his ipse curet & pascat. Id autem cum facit, tum sane quæ in ovibus laudantur (vt quod minime pugnaces sunt, utilitatique hominum omnia serunt, non lanam modo, sed & vitam suam patienter offerentes: quod denique pascuis aridioribus non modo bene contentæ sunt, sed his etiam melius quam pinguioribus pascuntur) ea in nobis cuncta vere obtinent: vt nimirum nos ipsos nunquam ulciscamur, sed ad utilitatem & salutem proximorum omnia comparemus: parati in hoc ipsum res & animas nostras profundere, vt boni consulamus quantumvis parce ea nobis suppetant, quæ carni grata sunt: imo eo plerumque in vita nova, vita Dei amplius proficiamus, quo minus his rebus, quas caro expetit, affluimus.

EX ISAIÆ XLII.

[Isaiæ 42:1-4] *En servum meum, cui innitor: electum meum, qui complacet animæ meæ. posui spiritum meum super eum, judicium gentibus proferet: Non clamabit, nec extollet vocem suam: non faciet foris audiri vocem suam. Calamum quassatum non confringet, & ellychnium obscurum non extinguet, ad veritatem adducet judicium. Non dejicietur animo, nec frangetur, donec constituat judicium in terra, & legem eius suscipient insulæ.* Docet hic Vates primum, CHRISTUM regem nostrum solum per omnia placere probarique Patri æterno: vt qui peccatum nullum admiserit, sed in omnibus se obsequentem servum illi, hoc est, studiosissimum executorem mandatorum eius, præstiterit. quod Deus eo niti dicitur[110], translatum a regibus est, & magnis principibus, qui en eorum humeros solent plerumque incumbere, quos habent singulariter caros, & quasi in deliciis. De inde, quo justum & æquum est, id est, judicium verum, a solo Christo ad omnes gentes evangelii prædicatione, & vi

---

107Ioh. 13 & 17.

108 Ioan. 10.

109 Cur Christiani in scripturis assi mi lentor ovibus.

110 Quomodo Christus servus patris.

Spiritus sancti proferri. In quo iterum docemur, prædicare evangelium, esse præcipuum munus, sicut CHRISTI regis, ita eius civium omnium, maxime autem eorum quos ad id ipse in Ecclesia sua peculiariter vocaverit. Tertio docet Vates, regis nostri mirificam clementiam, & in serendis, fovendis, servandisque infirmis summam indulgentiam, atque tolerantiam. Quæ omnia præstari & a ministris eius necesse est: alioqui non vivit, nec agit in illis CHRISTUS, nec sunt illi CHRISTI ministri.[111]

EX CAPITE XLIII EIVSD EM PROPHET AE:

[Isaiæ 43:10] *Ita placuit Domino cædere & Dei icere eum infirmitate, vt cum animam suam hostiam pro peccato offerret, videret semen longævum, & placitum Domini per eum prospere explicaretur.* Hic Vates docet, primum CHRISTUM regem nostrum, populum suum sibi morte sua vindicasse: quem vocat semen longævum. Nam regignit nos hic Rex noster verbo & spiritu suo, vt semen, eius simus: & regignit in vitam æternam.[112] Per longævum tamen semen, etiam Ecclesiæ perpetuitas prædicatur. Addit, Placitum Domini per ipsum propere explicandum esse. Nam omnem salutem electorum suorum, voluit Pater per eum administrat in toto orbe: & a morte atque resurrectione eius, mirifico ubique; gentium successu. Sequitur:

[v.11] *Quoniam laborem & molestiam subiit, animus eius grata videbit, bonis, omnibus satiabitur: & ipse servus meus justus, justificabit cognitione sui multos, & iniquitates eorum ipse sustinet & tollit.* Fructum supplicii CHRISTI Vates hic plenius explicat: hoc enim quia subiit, Patri factus obediens, vidit Satanæ tyrannidem destrui, eumque ceu fulgur decidere de cælo: vidit evangelium ilico fructum suum afferre in toto mundo: itaque esuriens salutem humanam, ea uberrime satiatus est. Deinde docet, quomodo Rex noster ereptos Satanæ tyrannide, Patri reconciliat, & justificat[113]: hoc est, efficit, vt Pater eis

[Liber 1 chapter 3 page 18]
peccata condonet, & meritam condemnationem remittat. Inducit hic Vates Patrem de filio suo testantem, vt fidem nostram magis excitaret, ac confirmaret. Facit Patrem filium vocare servum: quia Patris ille, non suum negotium egit. Eundem vocat justum, quia solus legem Dei implevit, nec peccatum admisit ullum: unde mediator constitutus est inter Deum & nos, factus nostræ justificationis author.[114] Quam tum efficit in nobis, gustandamque nobis donat, cum nos illuminat cognitione sui: hoc est, solida side evangelii, qua ipsorum propitiatorem & servatorem nostrum vere agnoscimus, qui peccata nostra in se transtulit, & sanguine suo expiavit, ne illa nobis Pater imputaret.

Hinc itaque observemus illud regis nostri proprium, quod cum inimici eius essemus, mortem ipse pro nobis subiit[115], vt in gratiam nos Patris restitueret, beatique regni sui faceret participes. Proinde confirmemus & hinc nobis veram illam de nostri justificatione doctrinam, eam scilicet sola nobis CHRISTI side constare.

Postremo animadvertamus & hic doceri, ad regnum CHRISTI neminem pertinere, verumque; esse Ecclesiæ CHRISTI membrum, qui non side CHRISTI polleat, & side justificatricem.

EX LIIII ISAIÆ.

---

111 Prædicare Evangelium, præcipuum opus Christi & omnium Christi anorum. Vt serendi fovendique infirmi.

112 Christiani Christi longævum semen. Christus cives suos morte suæ sibi paravit.

113 Luc. 10.

114 Christus quia solus legem implevit, justus unus merito vocatur Cognitione Christi regnis justificamur.

115 Rom. 5.

[Isaiæ 54:1] *Jubila o sterilis, quæ non paris: pro rumpe in jubilum, & vocem extolle exultationis, quæ non parturis. Nam plures erunt filii desolatæ, quam erant maritatæ, dicit De minus.* Docet hic Vates, ab exaltato rege CHRISTO, cives regni eius sola regeneratione procreari: hocque præclare coep isse per sanctos ex Judæis, cum iam populus iste, rege suo externo orbatus, erat instar sterilis viduæ.[116] Tum enim ministerio paucorum Judæorum, orbis repletus est Christianis: cum antea in Judæa tantum Deus palam prædicaretur, & notus esset, Dominusque; hoc vitæ æternæ beneficium nulli alii genti præstaret.

Observandum etiam hic est, quanto studio flagrare nos oporteat, ad lucri faciendum CHRISTIO quam plurimos[117]. Nam hoc veris Christianis tanti est, vt præ gaudio, & animi exultatione in jubilum erumpant, & vocem exultationis, cum & angeli singulariter gaudeant, si unus modo peccatorum ad Dominum convertatur.

EX CAPITE LX ISAIÆ:

[v.1]. *Attolle te, ex splendesce: nam venit lux tua, & gloria Domini super te exorta est:*
[v.2]. Ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: super te autem exorietur Dominus,
[v.3]. & gloria eius super te conspicietur. Et venient gentes ad lumen tuum, & reges ad splendorem ortus tui.

Duo his docet Propheta: Deum in CHRISTI regno plenius revelato, hoc est, in Ecclesiis novi Testamenti, illustrius quam unquam antea prædicari, & coli religiosius. Deinde, cum Dominus lucem hanc vitæ, id est, prædicationem evangelii sui facit apud suos tam præclare effulgere: hoc gravioribus impietatis tenebris opprimi populos omnes, qui lucem hanc aspernantur.[118] Præterea omnem populi CHRISTI gloriam & dignitatem in eo consistere, vt Deum vere agnoscant in CHRISTO rege suo, & eum colant side solida. Sequitur:

[v.4]. *Attolle in omnes partes oculos tuos, & vide: hi omnes congregantur, & veniunt ad te: filii tui a longinquo venient, & filiæ tua in ulnis gestabantur, & nutricantur. [v.5] Tunc videbis, & Illustris eris, atque cor tuum præ admiratione commovebitur, & amplifica bit se. Nam ad te multitudo accolarum maris, & vis ingens gentium veniet. [v.6] Abundantia camelorum operiet te: pulli camelorum de Midian & Ephyra: omnesque de Seba venient, aurum & tus offerent, & laudes Domini evangelizabunt.*[119] *[v.7] Omnes oves Kedar congregabunt sese ad te, arietes Nebaioth*

[Liber 1 chapter 3 page 19]
ministrabunt tibi, & ascendent cum beneplacito super altare meum, & domum gloriæ meæ decorabo. [v.8] Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & sicut columbæ ad fenestras suas? [v.9] Nam insulæ me suspicient, & naves Tarsis adducent filios tuos ē longinquo, argentum eorum & aurum cum ipsis erit, ad celebrandum nomen Domini Dei tui, sancti Isrælis, eo quod adornabit te.
[v.10] Et extruant filii alieni muros tuos, & reges eorum servient tibi, quoniam in ira mea percussi te , & pro benevolentia mea misertus sum tui. [v.11] Aperientur portæ perpetuo, nec die nec nocte

116 Quomodo plures filii viduatæ, quam maritatæ Ecclesiæ.

117 Psalmi 76., Deut. 4., Psalmi 147., Luc. 15.

118 Ioan. 3, 9, 12.

119 De mirifico incremento felicitate ecclesiæ Christi.

claudentur: vt adducatur ad te vis gentium, cum regibus eorum.
[v.12] Nam gens & renum quæ non servierint tibi, peribunt: gentesque ejusmodi omnino vastabuntur. Decus Libani ad te veniet: abies simul, pinus & buxus, pro ornando loco sanctuarii mei: locum enim pedum meorum glorificabo. [v.13] Venient autem ad te humiles filii eorum, qui te afflixerunt: & prosternent se ad plantas pedum tuorum, [v.14] qui te contumeliis affecerant: & vocabunt te Civitatem Domini, Stone: sancti Isrælis.

Summam Ecclesiæ CHRISTI felicitatem & gloriam Vates hic admodum magnifice describit. primum a multitudine gentium, quæ ex omnibus orbis par tribus erant ad CHRISTI Ecclesiam summo studio con fluxuræ: & quicquid suffetes apud eas dispersorum Judaeorum, qui primi Ecclesiæ filii & filiæ recte vocantur, maxima cum observantia, & promptissima inserviendi eis voluntate, adductura & foturus.

Deinde a studio gentium, se & sua omnia Ecclesiæ addicendi & consecrandi. Quod enim prædicit de camelis Midian & Epha, de auro & thurea Seba, de ovibus Kedar & Nebaioth, eo per synecdochen significat, gentes quaslibet, quicquid apud se haberent carum & præcipuum, id secum Domino su isse cupidissime oblaturas. Unde postea subi icit: Argentum eorum & aurum cum ipsis. Ardorem vero huius studii ad Ecclesiam confluendi, quo gentes erant flagraturam, eo amplificat, cum assimilat gentes, & quos adductura secum erant Judæos, nubibus volantibus, & columbis fenestras suas repetentibus.[120] Postremo gloriam & felicitatem regni CHRISTI, Vates & eo magnificat, quod prædicit fore, vt alieni extruant muros eius, & reges serviant ei: atque perituras gentes, quæ Ecclesiæ non serviant. Denique hostes ipsos quoque Ecclesiæ CHRISTI futuros ei supplices.

Observandum autem in his est, prædici a Vate, Dominum & regem nostrum CHRISTUM omnia hæc effecturum propter gloriam nominis sui: atque; eo, vt regnum & Civitatem habeat sanctam in terris: hoc est, Ecclesiam, eamque; omni pietate & virtute exornatam: quam vocat locum pedum Domini: quia in sola Ecclesia Deus se vere præsentem, pro modo nostræ capacitatis in hac vita exhibet. Cælum alioqui sedes eius est, ubi se plene revelat: terra autem sanctorum, scabellum est pedum eius, in quo nobis se ex parte repræsentat: & ea parte, cujus percipiendæ sumus hic eius dono compotes.[121]

Observandum etiam, quod adventuras ad Ecclesiam gentibus, Vates tribuit evangelizare laudes Domini: hoc enim omnis Christiani hominis proprium & præcipuum munus est. Et ad hoc ipsum sacri cetus præcipue instituti sunt. Unde Dominus in hoc ipso Vate supra quadragesimo tertio: Omnis qui vocatur nomine meo, hunc creavi ad decus meum. Item paulo post: Populus iste quem formavi mihi, enarrabit laudem meam. Hinc itaque; videndum, quam non jure se illi populos & Ecclesias CHRISTI appellent, in quibus laudes Domini non perpetuo, & summo studio evangelizantur.

EX CAPITE LXI.

[Isaiæ 61:1] *Spiritus Domini Dei super me, vt ungeret me Dominus: ad evangelizandum mansuetis misit me, ad obligandum contritos corde:*
[v.2] ad an nunciandum, captis libertatem, & vinctis apertionem carceris. Ad annunciandum annum

benevolentiæ Domini, & diem ultionis Dei nostri, ad consolandum omnes lugentes.

120 Vt nubes, & vt columbæ ad fenestras, sancti advolant.

121 Ecclesiæ locis dicitur pedum Dei, Cælum sedes Dei, terra scabellum pedum eius. Evangelizare, præcipuum opus ecclesiæ.

[v.3] Ad proponendam lugentibus Sion consolationem: ad dandum eius decorem pro pulvere, unguentum lætitiæ pro luctu: ad ami ciendum eos laude pro spiritu mærente:
[v.4] ad vocandum eos arbores justitiæ, plantationem Domini ad decus. Hi ex ædificabunt loca, quæ a seculo vasta suerunt: & excitabunt ædificia, quæ ab initio desolata sunt: Civitatesque restaurabunt, quæ vastæ & desolatæ suerunt a multis generationibus.
[v.5] Stabuntque alieni & pascent pecora vestra, & alienigenæ erunt vestri agricolæ & vinitores.
[v.6] Vos autem sacerdotes vocabimini Domini, ministros vos dicent esse Dei nostri: opibus gentium vos fruemini, & dignitate eorum extollemini.

Octo nobis hic Vates regni CHRISTI propria exponit.

Primum: Sicut CHRISTUM regem nostrum, ita omnes idoneos evangelii prædicatores, oportere afflari ad hoc munus & opus, Spiritu sancto: & huius Spiritus sancta unctione, ceu athletas in regno CHRISTI, ad certamen istud inungi & corroborari. Alterum: Summam esse evangelii, prædicare remissionem peccatorum per CHRISTUM pænitentibus: quam qui nondum side tenent, captivi Satanæ sunt, detenti carcere æternæ perditionis.

Tertium: evangelium salutis non percipere, nisi qui sint contrito corde: hoc est, vera peccatorum pænitentia compuncti.

Quartum: Cum evangelium clare prædicatur,[122] esse tempus singularis benevolentiæ & misericordiæ Dei, sed electis ad regnum CHRISTI: reliquis enim est tempus iræ, & ultionis. Nam cum hi evangelium gratiæ rei iciunt, impingunt[123] in petram scandali Christum, atque confringuntur: vt omni recta ratione, & salutaribus in rebus suis consiliis destituantur: paulo post incidit in eos hic lapis, & commolit, hoc est, perdit eos omnino: positus enim est Rex noster, sicut in resurrectionem, ita etiam in ruinam multorum in Isræl, atque in gentibus omnibus.[124]

Quintum[125]: Quicunque veri regni CHRISTI cives sunt, hos adeo palam oportere se præstare arbores justitiæ, & plantas Domini, ad illustrandam gloriam eius plantatas, vt id omnes clare perspiciant, & de eis prædicent. Nec enim latere potest vera Christi Ecclesia, ubicumque sit: civitas enim est in monte posita & regnum Dei non in sermone, sed in virtute consistit[126]. Sic itaque lucem fidei in omni Ecclesia Christi, ē quolibet Christiano elucere oportet: vt omnes visis eorum bonis operibus patrem glorificent qui est in cælis. Quocirca Vates in hoc ipso capite infra, ista de populo Christi testatur: Et nobile erit in gentibus semem eorum, & germina eorum in medio populorum: omnes qui viderint eos, agnoscent eos, quod semen & soboles ea sint, cui Dominus benefecit.

Sextum: Proprium esse civium regni Christi, vt omnes antiquas & multorum seculorum desolationes atque vastitates instaurent: hoc est, ad fidem Christi, atque justitiæ cultum multos adducant populos, qui plurimis generationibus omni Dei notitia ac pietate fuerant destituti.

Septimum[127]: Et hoc regni Christi esse proprium, quod qui vere eius cives sunt, iidem sint omnes veri sacerdotes Dei: id est, qui oris & totius vitæ confessione ad nuncient virtutes eius, qui vocavit eos ex tenebris in admirabilem suam lucem. Item, quod his in externis rebus debeant inservire, qui ad hanc laudem Christi prædicationem se parum affectos vel instructos esse sentiunt. In Ecclesia enim Christi sic ordinari homines atque; distribui debent, vt qui rebus spiritualibus plus valent,

---

122 Tempus Evangelii, electis tempus gratiæ, reprobis iræ.

123 Matth.21.

124 Luc. 2.

125 Omnis Christi Ecclesiæ conspicua.

126 Matth. 5., 1.Cor. 4.

127 1.Pet. 2

temporalibus minimum occupentur: eisque; ad vitæ necessaria inferueant, qui ad res spirituales & regni Christi proprias minus sunt docti, & affecti. Sicut & humana ratio docet, uti apud philosophos legere est, eos qui corpore plusculum, mente vero minus valent, iis qui mente præstant, natura jubente, servire debere. Huc pertinet & illud, quod Spiritus S. de Macedonibus & Achaicis fratribus testatur[128]: cum inita

[Liber 1 chapter 3 page 21]
societate & communicatione, ultro decrevissent, egentibus sanctis Hierosolymis mittere eleemosynam: ultro enim hoc decreverant, & debitores tamen illorum erant, vt clare ibi Spiritus sanctus re statur, suæ sententiæ hanc subjiciens rationem: Si enim (inquit) gentes spiritualibus rebus Judæorum communicaverunt, debent invicem illis subministrare sua carnalia.[129]

Octavum: Opes & decus gentium omne Ecclesiæ CHRISTI esse addicendum: de quo hic Vates, & in proxime superiori loco ex capite LXI, tum etiam supra in capite XLV, & XLIX, item infra LXVI. plura, & admodum magnifica prædicat.

De variis Ecclesiæ temporibus.

CAPVT IIII.

Porro hic observandum est, hanc quidem externam quoque felicitatem ac gloriam deberi Ecclesiæ CHRISTI, ac propriam esse, sed non quolibet tempore.[130] Est enim tempus, cum Rex noster ad declarandam cælestem suam virtutem, in infirmitate suorum civium, & ad illustrandam illorum fidem in se, permittat Satanæ, vt totum mundum contra illos commoveat, efficiatque; vt odio sint omnibus hominibus propter ipsius nomen[131]: tradanturque; in mortem immani crudelitate, etiam frater a filii a parentibus, parentes a filiis.

Est item tempus, cum Rex noster suis externam quoque; quietem comparat, & hominum gratiam conciliat, etiam sub tyrannis: uti fecit primæ Ecclesiæ, quemadmodum Lucas describit in Actis, capitibus 2.4 & 5.

Est præterea tempus, quo commemorata de felicitate & gloria Ecclesiæ vaticinia, Rex noster magnifice implet: uti fecit sub Constantino, & hunc secutis piis imperatoribus: qui & se ipsos, & omnes cum opes, tum gentes suas, quod in ipsis suit, Ecclesiæ CHRISTI adduxerunt, atque; consecraverunt. Quo pietatis studio, quam flagrari D. Constantinus, Eusebius Pamphyli in orationibus suis, De vita huius principis, & Theodoritus in primo libro suæ historiæ Ecclesiasticæ præclare sane commemorant. Scribit enim Eusebius de eo in oratione sua quarta, eum cunctas sacras serias, & ceremonias CHRISTI, summa religione coluisse, sacrisque; precibus fuisse deditis simum: & ad hoc ipsum studium suos exercitus, & aulicos, modis omnibus inflammasse[132]. Assiduum enim se doctorem & concionatorem eis præbuisse, jugemque; religionis administrationem penes se, etiam in castris, habuisse. Sacerdotes

128 Plato de Republica 2. Aristot. 1 Polit ic.

129 Rom. 15.

130 Externa felicitas Ecclesiæ non omnis temporum est.

131 Matth. 10.

132 De admirando studio, curæ et liberalitate Constantini, in Christi ecclesiæ.

quoque; Domini magnis honoribus, verum muneri accommodatis, non secularibus atque; aulicis, affecisse: templa pro sacris cætibus passim in civitatibus augescente CHRISTI populo ex ædificasse: idolo latria professionem & instrumenta ubique; sustulisse: Ecclesias vero CHRISTI magnifice donasse, cum agris, tum annuis annonæ, præstationibus, a re publica ad alimoniam virginum, viduarum, atque egentium omnium, virorum, puerorum, pupillorum, mulierum. Atque hoc fecisse tanta liberalitate, vt triens liberalitatis eius Ecclesiis postea abunde suffecerit: quem eis restituit Imperator Jovinianus, cum magna eum rei publicæ inopia ad hanc Constantini benignitatis contractionem compelleret. Nam qui hunc antecesserat, impius Julianus, beneficentiam Constantini Ecclesiis omnem eripuerat.

Quantam etiam idem Constantinus curam adhibuerit, vt dissidia & obortas hæreses ab Ecclesia depelleret, Ecclesiasque[133]; & earum præsides in pia sinceræ doctrinæ CHRISTI consensione, veræque; religionis cultu conservaret, nemo satis admirari & laudare poterit, qui legerit, quæ de hac pii principis religione, Ecclesiasticæ, historiæ commemorant. Ita nemo etiam satis digne celebraverit eius demissionem, humanitatem & observantiam, qua sanctos Patres, decem & octo super trecentos, ad Synodum Nicænam congregavit,

[Liber 1 chapter 4 page 22]

publicis vehiculis advectos præses excepit, & complexus est, ad officium suum cohortatus: Synodoque ipse interfuit, sede tamen insidens humiliore, quam Patribus parasset: simulque de sacris quæstionibus disputavit, professus & se ministrum esse Domini, atque; episcopum, sicut Patres in spiritualibus rebus, ita se in rebus corporalibus. Ita de Theodosii religione ac pietate, studioque Ecclesias pacificandi, & benigne illis faciendi quam plurima & præclara sancti Patres atque Ecclesiasticæ historiæ facinora commemorant. vere itaque his temporibus Ecclesiæ CHRISTI, eam in se Domini benignitatem prolixe experte sunt, quam Prophetæ prædixerant.

Quanquam in his vaticiniis illud quoque observandum sit, prophetas Ecclesiæ felicitatem & gloriam sic descripsisse temporalem, vt in ea ipsa & æternam, quæ fruentur sancti post hanc vitam, sint complexi.[134] Quod vero Ecclesiæ tanta felicitate & gloria, quanta sacri Vates prædixerunt, raro floruerint, cogitandum est, promissiones has esse factas, non eis qui dicantur, sed qui vere sint populi CHRISTI: qui nunquam eo aucti sunt, quin reliquæ pereuntium hominum colluviei collati, grex essent per pusillus.

Qui autem consideret, quam perditum sit impietate omne hominum genus: utque semper in omnibus populis vocati sint plurimi, electi perpauci: is certe nihil felicitatis Ecclesiæ CHRISTI promissæ per Sanctos vates, tempore Constantini, & aliquot sequentium Imperatorum, requiret: cum passim Ecclesiæ in toto orbe excitarentur, & non vulgari pietate florerent.

Quanquam sicut semper peccant etiam sanctissimi, & Domino placet fidem suorum variis tentationibus explorare & illustrare[135]: ita Ecclesiis sua castigatio, ac probatio, cum ab hæreticis, tum a salsis fratribus, & mundi hominibus, nunquam defuit: nec decit, dum hic a Domino peregrinatur.

Difficillimum[136] vero omnium Ecclesiæ temporum suit, & adhuc in tam multis gentibus est, quo oppressa, servit tot iam seculis Antichristis: vt in tot Europæ regnis hodie videre est. Cum enim Dominus aliquam in his Ecclesiis evangelii sui vocem servaverit, & sacrum baptisma cum in vocatione

---

133 Theo. lib. 2.8. 11.

134 Prophetæ in describendo temporalem Ecclesiæ felicitatem, æternam quoque amplectuntur. Christi verus grex semper perpusillum. Semper vocari multi, pauci electi.

135 Ecclesiis nunquam de est suæ & castigatio. & probatio.

136 Difficillimum ecclesiarum tempus serui entium Romanis Anti-christu.

nominis sui: dubitari non potest, quin multos in eis Regni sui cives habuerit, & habeat: quamvis hos permultis, atque gravibus implicatos erroribus, & fidei imbecillitate laborantes.

Nam Antichristi, pseudoepiscopi & cleri, hoc suum secuti caput summum Antichristum Romanum, primum evangelii doctrinam horribiliter fermentarent plurimis impiis commentis, de divorum & propriis cuiusque meritis, deque vi salvifica ceremoniarum suarum: quas tamen aperte impias, summa quoque; impietate administrant. Deinde, omnia CHRISTI populo aliena lingua exhibent, sacrorumque Bibli orum lectione interdicunt. Denique, CHRISTI sacramenta & disciplinam omnino everterunt: & ne uspiam restituatur, quanta possunt vi obstant. De hac miserrima Ecclesiarum oppressione sub his Antichristis, atque de extrema eorundem nequitia & obstinata perversitate, D. Bernardus suo iam tempore ista est conquestus.[137]

Væ generationi huic a fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis: si tamen hypocrisis dici debet, quæ latere præ abundantia non valet, & præ impudentia non quærit. Serpit hodie putida tabes per omne corpus Ecclesiæ: & quo lætius, eo desperatius: eoque periculosius, quo interius. Nam si in surgeret apertus inimicus hæreticus, mitteretur foras, & aresceret: si violentus inimicus, absconderet se forsitan ab eo. Nunc vero quem ejiciet, aut a quo abscondet se? Omnes amici, & omnes inimici: omnes necessarii: & omnes adversarii: omnes domestici, & nulli pacifici: omnes proximi, & omnesque sua sunt quærentes. Ministri CHRISTI sunt, et serviunt Antichristo: honorati incedunt de bonis Domini, cum Domino honorem non deserunt. Inde is, quem cotidie vides,

[Liber 1 chapter 4 page 23]
meretricius re tritus nitor, histrionicus habitus, regius apparatus: inde aurum in frenis, in sellis & calcaribus: & plus calcaria, quam altaria fulgent. Inde splendidæ mensæ & cibis & scyphis: inde comessationes & ebrietates, inde citharæ & lyra & tibia: inde redundantia torcularia, & promptuaria plenæ, eructantia ex hoc in illud. Inde dolia pigmentaria, inde refertæ marsupia. Pro huiusmodi volunt esse, & sunt Ecclesiarum Præpositi, Decani, Archidiaconi, Episcopi, Archiepiscopi. Nec enim hæc merito cedunt: sed negotio illi, quod per ambulat in tenebris. Olim prædictum est, & nunc tempus impletionis æd venit: Ecce in pace amaritudo meæ amarissima. Amara prius in nece martyrum, amarior post in conflictu hæreticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum. Non fugare, non sugere eos potest: ita invaluerunt, & multiplicati sunt super numerum. Intestina & insanabilis est plagæ Ecclesiæ, & ideo in pace amaritudo eius amarissima. Sed in qua pace? Et pax est, & non est pax. Pax a paganis, & pax ab hæreticis: sed non prosecta a filiis. Vox plangentis in tempore esto: filios enutrivi, & exaltavi, ipsi autem spreverunt me. Spreverunt & maculaverunt me a turpi vita, a turpi quæstu, a turpi commercio, a negotio denique perambulante in tenebris. Superest, vt iam de medio fiat dæmonium meridianum, ad seducendos, si qui in CHRISTO residui sunt, adhuc permanentes in simplicitate sua: siquidem absorpsit fluvios sapientium, & torrentes potentium: & habet fiduciam, vt Jordanis influat in os eius: id est, simplices & humiles, qui sunt in Ecclesiæ. Ipse enim est Antichristus, quisse non solum diem, sed & meridiem mentietur, & extolletur supra id quod dicitur, aut quod colitur Deus: quem dominus IESVS interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione adventus sui, utpote verus & æternus meridies, sponsus & advocatus Ecclesiæ, qui est super omnia Deus benedictus in secula, Amen.

Hæc D. Bernardus, & his familia, questus est annis hinc prope quingentis. Ea vero Ecclesiæ

137 Bernardus Sermone super Cantica.

mala quam immaniter interea aucta sunt, & accumulata? vere igitur Ecclesiæ CHRISTI Europæ deteriore nunquam suerunt conditione, quam postquam se Romanus Antichristus in istam (in qua hodie se sustinet, & sustinetur a tot, tantisque; monarchiis & gentibus) tyrannidem super tot CHRISTI populos evexit.

Et postremo, tempus regni CHRISTI præsens & hoc admodum varium, & incertum. Aliis enim in locis, qui publica potestate funguntur, in nullos sceleratos sæviunt tam crudeliter quam in eos qui adserunt regnum CHRISTI. In aliis locis, qui rerum potiuntur, connivent magis civibus suis, quam concedunt, vt ad regnum CHRISTI adspirent. Permittunt enim illis sacrarum Scripturarum lectionem, atque evangelii prædicationem: dum tamen ea ipsi non multum reprehendantur, aut aliquid incommodi inde sentire se existiment. Non de suerunt quoque; intra hos triginta annos, præsertim in Germania, qui videri voluerint justam evangelii prædicationem plane amplecti atque religionis CHRISTI rite constituendæ curam præcipuam suscipere, propter quam etiam non parum periclitati sunt: verum perpauci adhuc reperti sunt, qui se CHRISTI evangelio & regno omnino subjecissent: imo qui passi fuissent, CHRISTI religionem, & Ecclesiarum disciplinam restitui per omnia, juxta leges regis nostri. Sed ne magnus inter ipsos Ecclesiarum administros proventus extitit, qui in hoc ipsum vero studio incubuissent: vt scilicet primum ab omnibus baptizatis in infantia, postquam adolevissent, confessio fidei & obedientiæ CHRISTI solide exacta fuisset. Deinde, vt Ecclesiarum curatores munus suum erga omnes baptizatos, plene præstitissent, non solum publice suos docendo & monendo, verum etiam domatum & privatim. Quod adeo tamen est in officio pastorum & curatorum Ecclesiasticorum: vt qui id negligant, se perditionis obligent omnium eorum, qui ex illis pereunt, quos suæ quisque; habet curæ commendatos.[138]

[Liber 1 chapter 4 page 24]

Multo vero minus permissum suit sidis probatisque Ecclesiarum ministris, nec adeo multi ministrorum voluissent id sibi concedi, vt qui privatis admonitionibus non acquievissent, atque a manifestis peccatis suis se recipe re noluissent, eos una cum Ecclesiæ senioribus ad hoc electis, nomine totius Ecclesiæ ad pænitentium vocassent, & ligasset: eosque qui & hoc salutis suæ remedium respuissent, cum assensu Ecclesiæ, pro ethnicis & publicanis habendos publice pronuntiassent. Quam tamen pænitentia disciplinam, omnes noverunt esse a CHRISTO Domino gravissime sanci tam: esseque maxime, si religiose administretur, salutarem.

Verum tam abfuit, vt hanc contra peccata efficacem medicinam, plerique principes atque magistratus admitterent, vt ne publicam quidem pænitentia prædicationem plane liberam, CHRISTI ministris reliquerint: vt scilicet omnium ordinum, omnia peccata, clare reprehendissent. Plerique etiam egerunt, vt Ecclesiarum ministri divinissima communionis CHRISTI, sacra menta, quibus libet petentibus, sine exploratione sideri & vitæ eorum, præberent. Nec defuerunt in ministris, qui hoc facere maluerunt, quam vel monendi peccantes laborem suscipere, vel invidiam huius officii subire. Sic, vt sacre seriæ Domino vere sanctificarentur, nusquam est vera cura adhibita, quam Dominus lege sua præcepit.

Itaque maxima horum pars visa est, ea modo ex evangelio CHRISTI petiisse: Primum, vt Antichristi Romani, & Pseudoepiscoporum tyrannidem a se depellerent.[139] Deinde, vt jugum qualiscunque disciplinæ, pænitentia, & religionis universæ quæ in Papa tu reliqua suit, abjicerent: proque carnis suæ arbitrio ac libidine instituerent, agerentque omnia. Tum, non ingratum eis suit au

138 quam muri tum regnum Christi receptum hæc tenus sit in Germania. In quibus regni Christi ad ministratio consistit.

139 Quæ causæ impiis plerisque suerunt admittendi Evangelii aliquo modo.

dire, justificari nos side in CHRISTUM: non bonis operibus, quorum nullo tenebantur studio. Ea vero quæ illis sunt explicata de ingenio, natura ac vi veræ in CHRISTUM fidei, & quam ea necessario sit bonorum operum ferax, in justam animi sui considerationem nunquam admiserunt. Nec pauci eorum qualemcunque evangelii, prædicationem eo tantum receperunt, vt in opes invaderent Ecclesiasticas. Factum itaque est, vt plurimis in locis, doctrina quidem regni CHRISTI universa sit populis haud infideliter an nunciata: sed in quibus Ecclesiis ea adhuc suerit solide recepta, & CHRISTI universa sit populis haud infideliter an nunciata: sed in quibus Ecclesiis ea adhuc suerit solide recepta, & CHRISTI disciplina publice constituta, equidem demonstrate non possum. Quemadmodum igitur oblatum Christi regnum totum recipere isti detrectaverunt: ita Dominus eos nunc justo judicio, iterum Romani Antichristi & pseudoepiscoporum tyrannidi permittit, plurimisque aliis calamitatibus subjicit & exercet.

In Hungaria[140], gratia Domino, non paucæ iam existunt Ecclesiæ, quæ cum pura CHRISTI doctrina, solidam etiam eius disciplinam receperunt, custodiuntque religiose. Rex noster CHRISTUS faxit, vt harum Ecclesiarum exemplum quam plurimæ sequantur.

Ex his iam videre est, quam variis modis & rationibus, Dominus Ecclesias suas in hoc mundo habeat. Interim tamen nullæ sunt Ecclesiæ, nec privati quidem homines, qui non, si regno CHRISTI se penitus tradant, omnem eam quam Prophetæ prædixerunt, etiam in hoc seculo, felicitatem suo modo & tempore ita percipiant, vt de eo satis agere gratis Deo, gaudere & gloriari nequeant. vere enim centuplum rependit nobis Dominus, etiam cum persecutionibus, quicquid pro eius nomine, temporalis vel commodi amiserimus, vel incommodi sustinuerimus.

EX IEREMIA CAP. XXII.

[Jeremias 22: 1,2,3] Ego vero colligam reliquias gregis mei, de omnibus terris, ad quas eas depuli: & reducam eas ad caulas suas: fructificabunt, & multiplicabuntur.

[Liber 1 chapter 4 page 25]

Docet & hic Vates, Ecclesiam CHRISTI colligendam fuisse e omnibus gentibus, per universum orbem: idque; proprium opus esse ipsius regis nostri. Quoniam autem hoc CHRISTI proprium & summum opus est, uti toties sancti Vates nobis occinunt, subserviant ei ad hoc ipsum, quicunque eius sunt, quisque; pro sua portione, necesse est. Sequitur:

[v.4] Et constituam pastores super eos, qui pascant eos, vt non timeant, ne consternentur, nec pereat quicquam de eis: dicit Dominus.

Et hic docemur, collectis ad Ecclesiam hominibus[141], primam esse curam oportere omnium qui regum CHRISTI expetunt, vt CHRISTO regi nostro, quisque; ad hoc pro sua portione subserviat, quo singulis Ecclesiis idonei præficiantur pastores, qui illas optima side pascant: hoc est, in side & obedientia Christi regis, summo studio conservent, & provehant, cunctis sacri ministerii partibus & functionibus: sincera scilicet doctrinæ & sacramentorum CHRISTI dispensatione, atque: fideli disciplinæ eius administratione. Unde aucta in illis CHRISTI side, omnes agant in Domino confidenter: liberi omni metu & animi perturbatione, a cunctis hostibus, tam a spiritualibus quam a corporalibus, aque recepta gratia regni Christi nemo deficiat. Sequitur in vaticinio:

---

140 Ecclesiæ Hungaricæ, quæ indies excitantur, Christi disciplina ni cum eius doctrina conjungunt.

141 quam necessarium, ut singuli ecclesiæ suos fideles pastores habeant.

[v.5] *Ecce enim veniunt dies, dicit Dominus, & excitabo Davidi germen justum: & hic Rex regnabit, & prudenter feliciterque rem administrabit, judicium & justitiam faciet in terra.*

Testatur Vates, primum, CHRISTUM Dominum solum vere justum esse, & justificantem credentes in se. Deinde, solum etiam verum esse regem, verumque regnum inter suos administrare: atque; efficere, vt prudenter & feliciter, atque ideo recte & ordine, hoc est, juste apud eos omnia instituantur & perficiantur. Sequitur:

[v.6] *In diebus eius servabitur Judæe, & Isræl habitabit confidenter: hoc nomen eius quo vocabunt eum, Dominus justitia nostra est.*

Hic Vates re statur, a solo CHRISTI regno salutem, & securam vivendi rationem esse petendam: quam hi omnes certo consequuntur, qui hoc eum nomine appellare & celebrare possunt & audent, Dominus est justitia nostra: hoc est, CHRISTUS Rex noster, verus Deus, & verus homo (nam est hic usurpatum sacrum nomen, Jehoua) nos a peccatis liberatos, Patri reconciliavit, spiritum justitiæ impetravit: atque; ita, ne nostra nobis peccata in Dei judicio imputentur, effecit: regitque; & gubernat nos ad vitam æternam.

EX EZECHIELIS XXXIIII.

[Ezechielis 33:22] Dicit Dominus: Ego servabo gregem meum, & non erunt oves meæ deinceps in direptionem, judicabo; inter pecus & pecus.

Docet Vates, idem esse Dei & CHRISTI regnum, & regnum salvificum: in quod qui vere recepti sunt, ex his perire neminem. Sed hoc regnum habere etiam suum judicium inter pecus & pecus, admonitionis scilicet & castigationis peccatorum. Sequitur:

[v.23, 24] Excitabo super eas pastorem unum, qui pascat eas, servum meum David. Hic pascet eas, eritque, eis in pastorem. Et ego Dominus ero illis in Deum, & servus meus David princeps in medio eorum. Ego Dominus dixi.

Rursus re statur Propheta, idem esse Dei & CHRISTI regnum: & regnum, vt summæ lenitatis, ita etiam accuratissime & unice salutaris curæ: sicut nimirum boni pastores imbecillo ovium gregi moderantur, curamque suam impendunt. Et probe hic observandum est, quod dixit, Excitabo super eos pastorem unum: CHRISTUM scilicet, filium Davidis, quem Davidem patris nomine appellat. Item quod secundo dixit, Hic pascet eas, & erit eis in pastorem. His enim docemur, sicut ex sequenti dicto, Et servus meus David erit princeps in

medio eorum: Ecclesiam CHRISTI unicum tantum habere caput, summum pastorem & principem Christum: ipsumque; esse semper in medio suorum, nec ullis habere opus vicariis, tametsi utatur ministris, vt supra dictum.

Observandum & illud, quod tum Deus pater, se Deum nobis præstat, id est, vitæ æternæ largitorem, cum pastorem nostrum CHRISTUM sequimur: in eiusque; calis, hoc est, in vera Ecclesiæ communione & disciplina nos continemus. Sequitur:

[v. 25] Et percutiam cum eis fœdus pacis, atque; abolebis noxias bestias de terra: & habitabunt confidenter in deserto, ac dormient in silvis. [v. 26] Ponamque; eas benedictionem in circuitu collis mei, & faciam descendere pluviam in tempore suo, & pluviæ benedictæ erunt. [v.27] Et dabunt arbores agri fructum suum, terra, dabit proventum suum.

Docet his Vates, iis qui regnum Christi in primis quærunt, & ei se addicunt, nihil amplius fore noxium, sed omnia salutaria.[142] Quod certe Deus præstat populis suis, qui regnum filii sui solidum recipiunt: etiamsi privatos quosdam velit testimonium præbere suæ bonitati, & certo promissæ æternæ felicitati, impendio rerum omnium præsentium, atque; etiam sanguinis. His autem eam quoque; animi fortitudinem immittit, & talem cælestium bonorum gustum præbet, vt de eo quod pro ipsius nomine patiuntur, ex toto corde exultent & glorientur.

Hæc ex Prophetarum de regno CHRISTI vaticiniis, visum est hic ceu in conspectum proponere, & paucis annotare. Nam, vt supra quoque; monui, perpaucos adhuc reperi, qui quæ Christi regno propria sunt, satis norint, & expetant omnia. Paucula adhuc testimonia ex Psalmis, postea ex evangeliis & scriptis Apostolicis adjiciam: deinde & ex præmissis, & ex his subii ciendi vaticiniis, atque; dictis Domini, ac Spiritus sancti, definitionem regni CHRISTI, & quæ illis necessario requirenda sunt, qui velint hoc regnum apud se retinere, adjungam.

EX PSALMO II.

[Psalmi 2:6][143] Ego unxi regem meum, super Sion montem sanctum meum.
[v.7] Narrabo decretum: Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te.
[v.8] Pete a me, & dabo gentes in hæreditatem tibi, & in possessionem tuam terræ.

Monet Vates primum, regem nostrum CHRISTUM ita a Patre unctum, & constitutum regem Ecclesiæ suæ, id est, sancto monti Sini, vt non frustra modo, verum etiam ad horrendum exitium suum regno eius adversentur gentes, reges & principes mundi, jugumque; eius commodum a se propulsare, & salutaria doctrinæ & disciplinæ eius vincula dirumpere conentur. Quocirca hortatur Vates omnes reges, & moderatores populorum, hunc filium Dei vt osculentur: hoc est, regem agnoscant suum: ne irato illo, pereant de via: id est, ē vita præsenti in gehennam abjiciantur. Deinde monet, regnum hoc esse regnum prædicationis: & huius prædicationis Dominum nostrum IESVM, unicum CHRISTIVM & filium Dei esse, quem Pater in regnum suum tum plane re genuit, cum a mortuis excitavit: uti locum hunc D. Paulus est interpretatus in ea oratione[144], quam habuit in synagoga Antiochiæ Pisi diæ. Omnia certe in evangeliis scripta de Domino sunt, (vt Joannes testatur) vt credamus, quod hic IESVS est CHRISTIVS, & hoc credentes habeamus vitam æternam in nomine, eius. Observandum & hic ergo est: ubi silet Domini nostri ista prædicatio, ibi nec ipsum, nec regnum eius adesse[145]. Postremo testatur Vates, regnum Christi pertinere ad omnes gentes. Quamobrem CHRISTI non sunt, qui regnum hoc non student quam longe lateque; possunt propagare.

EX PSALMO XXII.

---

142 Martyres regni Christi.

143 Pater. Filius. Pæter.

144 Act. 13., Ioan, 20.

145 ubi silet vox Evangelii, ibi nec Christus est.

[Psalmi 22:29] Domini est regnum, & ipse dominatur in gentibus.

[Liber 1 chapter 4 page 27]
[v.30] Edent, & adorabunt omnes pingues terræ; coram eo flectent omnes genua, qui descendunt in pulverem, quorum nemo animam suam potest vivificare.
[v.31] Posteritas serviet ei, ad numerabitur Domino in generationem.
[v.32] Venient & an nunciabunt justitiam eius populo na scituro, quam fecit.

Canit Vates hic primum, regnum CHRISTI esse regnum omnium gentium: deinde, omnium hominum cum viventium tum mortuorum: & viventium, sive in affluentia opum & dignitate, sive in egestate & oppressione. Postea, eos qui in regnum Christi venerint, comesuros esse cibum scilicet vitæ, qui de cælo descendit[146]: is est, beata CHRISTI communione fruituros. Nam supra cecinit, hos saturandos esse: ex qua satietate venit, vt CHRISTIVM, & eo Patrem adorent in spiritu ac veritate, eiusque voluntati se in omnibus subii ciant. Postremo testatur de perpetuitate Ecclesiæ & summo eius munere, quod est, justitiam, id est æternam bonitatem regis nostri prædicare, & ad posteros nostros proferre.

De omnipotentia, magnificentia, & splendore regis nostri, & regni eius, hoc est, Ecclesiæ, canit magnifica Psalmus quadragesimus quintus[147]. quam vero immensum gaudium regnum Christi adserat[148], & quam stet invictum contra omnem mundi potentiam, utque; Dei benignitas in eo solo exhibeatur & juste celebretur, quanto denique studio colendum nobis sit hoc regnum, canit præclare Psalmus quadragesimus octavus.

Vt autem Rex noster, potenter & optato vindicat suos in mundo oppressos: vt pacem donat eis quæ superat omnem sensum, eosque; multiplicat: vt omnes gentes, & reges gentium sibi subi icit, ac supplices reddit: utque; benignitate sua omnia cumulatim replet: hæc omnia celebrat Psalmus septuagesimus-secundus: item Psalmus nonagesimus-sextus, septimus, octavus & nonus: item Psalmus centesimus vigesimus secundus, & quadragesimus quintus[149].

Centesimus vero & decimus psalmus canit primum regis nostri exaltatio nem ad dexteram Patris[150]: & subii ciendos esse pedibus eius tanquam scabellum, omnes inimicos eius. Deinde sceptrum huius regis nostri, hoc est, administrationem regni eius, fore præpotentem: & profectam ex Sion, dominaturam in medio inimicorum eius. Tertio, populum CHRISTI spontaneum, ac etiam multum: qui cælitus scilicet tanquam ros auroræ multiplicatus, in splendoribus sanctuarii, hoc est, in sacris cætibus, Deum frequens glorificent. Quarto, regnum CHRISTI constitutum est juramento Dei immutabili: ac proinde fore regnum æternum.[151] Addit etiam, fore sacerdotale, secundum rationem Melchisedech: vt qui, ceu Melchisedech, benedicat Abrahæ & eius populo: hoc est, omnibus fidelibus, & ab his honoretur omni genere munerum, quæ grata ipsi habentur. Ultimo, Deum semper adfore huic regni nostro ad dextra: eiusque hostes omnino tandem confecturum: ipsumque; regem in membris suis, in

---

146 Edent & adorabunt. Ioan. 6.

147 Summa Psalmi 45.

148 Summa Psalmi 48.

149 Summa Psalmi 72. 96. 97. 98. 99. 122 & 145.

150 Summa Psalmi 110. Potentiæ regni Christi.

151 Christi populus spontaneus & multus. Regnum Christi juramento constitutum.

omni ærumna & afflictione ab impiis mirifice consolaturum esse, & confirmaturum potu ex cælesti torrente, id est, consolatione & corroboratione Spiritus sancti.

EX EVANGELIO Matthæum, CAP. I.

Angelus ad Josephum nutritium Domini, de Maria illi desponsa virgine: *Quod est natum in ea, est ex Spiritu sancto: pariet enim filium, & vocabis nomen eius IESVM: ipse enim servabit populum suum a peccatis suis.*

Hoc docemur oraculo, Dominum nostrum IESVM CHRISTUM, sicut est ex Spiritu sancto, ac ideo absque peccato, homo natus: ita in hoc ipsum venisse, & regnum electorum Dei in ivisse, vt illos liberaret a peccatis suis.[152] Hoc itaque; præcipuum agit in administratione regni sui, per omnem doctrinæ & disciplinæ suæ administrationem: vt homines peccata agnoscant sua, illisque; per eum liberentur, & vivant justitiæ.

[Liber 1 chapter 4 page 28]

EX LVCA. CAP. 1

Angelus Gabriel dicebat D. virgini, matri Domini: *Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum: & ecce concipies in utero, & paries filium, vocabis, nome eius IESVM. iste erit magnum, & filius altissimi vocabitur: dabit ei Dominus Deus thronum Davidis patris eius: & regnabit super domum Iacob in secula, at regni eius non erit sinis.*

Hic docemur, CHRISTUM regnaturum tantum in electis Dei[153]: hoc est, super domum Iacob, regnumque; eius æternum fore : hoc est, duraturum usque; ad fine mundi. Semper itaque; erunt Ecclesiæ CHRISTI, ubi suerint.

EX Matthæum CAP. III. IIII. ET X. EX MARCI I. ET LUCÆ DECIMO:

ubi summa prædicationis exponitur Joannis Baptistæ, Domini ipsius, & Apostolorum.

Pæniteat vos, appropinquavit enim regnum cælorum. [Matthæum 4:17]

Ergo proprium regno CHRISTI est, prædicari semper in eo pænitentia peccatorum. Quocirca ubi regnum CHRISTI vere receptum est, ibi necesse est, omnium peccata severiter reprehendi: quo CHRISTI regno se homines totos dedant, a peccatis mundandos, & justitiæ spiritu donandos,

SEQVITVR EX CAPITE V.

Beati pauperes spiritu, quia horum est regnum cælorum. [Matthæum 5:3]

Nemo itaque; regni CHRISTI capax erit[154], nisi qui peccata vere agnoscit sua, iramque; Dei contra illa accensam sentit: vt sit pauper & inops bonorum, spiritu: hoc est, sit corde humiliato &

152 Prædicatio pænitentiæ.

153 Semper erunt ecclesiæ Christi.

154 Nemo capax est regni Christi, nisi corde contritus.

contrito.

SEQVITVR EX EODEM, CAP. VII.

Non omnis qui dicit mihi, Domine, ingredietur in regnum cælorum: sed qui Facit voluntatem Patris mei in cælis. [Matthæum 7:21]

Frustra itaque; cives se esse regni CHRISTI, & membra eius jactitant, qui non student toto corde facere, quæ placita sunt Patri cælesti.

SEQVITVR EX EODEM. CAP. XVI.

Ad Petrum dicebat Dominus: *Tibi dabo claves regni cælorum: & si quid vincias in terra, id erit vinctum in cælis: & si quid solveris super terram, id erit solutum in cælis.[Matthæum 16:19]*

Hic clare docet Dominus, se velle regnum suum aliis claudi, aliis reserari. Reserari is, qui Ecclesiæ de pænitentia & side sua (si quidem adulti sint) side faciunt confessione sua, quæ vitæ eorum testimonio conprobetur. Claudi autem omnibus, qui eius modi confessionem fidei, & obedientiæ CHRISTI professione facere detrectant: aut quod ore confitentur, factis suis flagitiosis negare deprehenduntur.[155] Docet nos præterea hic Dominus, sicut obstinatis in peccatis claudendum esse per sacrum ministerium regnum suum: ita qui gravius deliquerunt, sanabiles tamen sunt, hos esse ad agendam pænitentium, & Ecclesiæ per dignos fructus pænitentia demonstrandam, ceu vinciendos: sicut in re publica cives, interdum propter delicta sua carceribus & vinculis ad tempus mancipantur. Observandum vero, quam graviter CHRISTUS Rex noster, hanc disciplinam sanciat: cum adjecit, in cælis vinctos & solutos fore , qui in Ecclesia eius vincti & soluti suerint.

Nec illud prætereundum est hoc loco, esse potestatem hanc traditam toti Ecclesiæ, non soli Petro, aut eius successoribus: sicut Dominus infra decimo octavo clare testatur. Tametsi enim sit hæc potestas per ordinarios Ecclesiæ ministros administranda, debent hi tamen eam administrare ex Ecclesiæ totius consensu.[156] Sicut Apostolus Paulus incestum illum Corinthium noluit sua tantum authoritate, sed congregatis Corinthiis cum suo spiritu, Satanæ tradere. cum etiam Petrus suam confessionem Domino, non suo tantum, sed collegarum omnium, atque; adeo Ecclesiæ totius nomine fecisset: certum est

[Liber 1 chapter 4 page 29]
(vt & D. Augustinus, cæterique; S. Patres, probe colligunt) Dominum, quæ Petro respondit, voluisse pertinere ad universam CHRISTI Ecclesiam.

SE QVITVR EX CAPITE XXII. EIVS DEM

Evangelistæ.

Propterea dico vobis, au serendum esse a vobis regnum Dei, & dandum genti facienti fructus eius. [Matthæum 21:43]

---

155 De clavibus regni celorum, ligandique; et fo luendi potestate. Quid ligare sit et solvere.

156 1.Cor. 5.

Hinc cognoscamus, regnum Dei illic non manere, nec esse quidem, ubi fructus eius, hoc est, officia omnis pietatis & justitie non præstantur.[157] Cumque; hæc bonorum operum sterilitas obtinet in gente aliqua publice, Dominum regnum suum, id est, administrationem salutis humanæ, per sinceram doctrinam, & salutarem disciplinam suam, transferre ad gentem aliam.

Religiose quoque; considerandæ sunt similitudines illæ, quibus Dominus propria regni sui voluit explicare[158]: vt qua simile regnum suum fecit seminanti bonum semen, sed cujus quarta tantum pars, quæ in bonam scilicet terram inciderit, fructum adserat.[159] Item qua agro bono tritico consito, sed cui inimicus homo inter sparserit zizania. Item, qua reti, attrahenti bonos & putres pisces.[160] Tum, qua nuptiis regis, & cænæ magnæ, ad quam invitati venire noluerint: nonnulli Domini servos vocantes eos ad has nuptias, multis iniuriis affecerint, ac etiam necaverint[161]: ingressus autem sit veste carens nuptiali, qui suerit ejectus in tenebras exteriores.[162] Postremo, quæ decem virginibus, quarum stultæ non curaverunt oleum secum accipere pro lampadibus suis.

His enim similibus Dominus docet, primum, regno suo esse proprium, Verbum vitæ offerre omnibus, etiamsi illud perpauci solide recipiant[163]: verboque huic quovis modo accendentes, si non pateat eorum simulatio, in Ecclesiam esse recipiendos, in eaque; tolerandos & ad vivam semper Christi fidem vocandos, dum factis suis flagitiosis plane negarint, quam ore fidem confitentur. Deinde, veros regis nostri servos ob id non debere desistere ab offerendo regno eius omnibus hominibus, etiamsi non solum pauci illud ex animo recipiant: sed multi etiam eos propter hac summum beneficium omni genere contumeliarum & iniuriarum insectetur. Postremo, quanquam sint in Ecclesia hypocritæ, dum latent, tolerandi: tamen tandem eos a sanctis horribiliter esse separandos[164], & in gehennam detrudendos, vt qui nati satique; sint ex diabolo, & nihil quam scandala in regno CHRISTI.

Admodum etiam religiose observanda est similitudo illa patris familias[165], conducentis operarios in vineam suam toto die, & tantundem mercedis per solventis iis qui unam tantum horam operati fuerant, quantum illis qui a mane usque; ad vesperam. Ea enim similitudine docemur, ubi CHRISTUS vere regnat, ibi semper adduci aliquos regno eius: & ad hoc ipsum, Domino, qui vere eius, sunt, summo studio inservire omnes.[166] quod vero omnibus par merces rependitur, eo ostenditur esse gratiæ regis nostri, non meriti humani, quicquid nobis Dominus boni retribuerit: etiamsi videamur pro gloria eius diu multumque; laborasse, multaque; esse perpessi.

EX MATHAEO CAP. VLT. [Matthæum 28: 18-20]

Dominus ascensurus iam in cælum, dicebat discipulis suis: *Data mihi est omnis potestas in*

---

157 Vt regnum Christi transfertur de gente ad gentem.

158 Matth. 13.

159 Ibidem.

160 Matth. 13: 22.

161 Luc. 14.

162 Matth. 25.

163 In regnum Christi vocantur omnes, & recipiuntur, quicunque; id petunt.

164 Matth.13.

165 Matth. 20.

166 Par merces detur etiam iis qui sero in vineam Domini veniunt.

cælo & in terra. Profecti igitur facite mihi omnes gentes discipulos, baptizantes eos in nomine Patris, & filii, & Spiritus sancti: docentes eos servare omnia quæ præcepi vobis: Et ecce, ego sum vobiscum omnibus diebus, usque, ad consummationem seculi.

Hi docet Dominus,primum, se potestatem a Patre accepisse, in omnes & spiritus & homines, cunctasque; adeo creaturas. Deinde, regnum eius omni gentibus oportere offerri. Præterea, omnes regni sui cives oportere sibi in sancto baptismate incorporari, Ecclesiæque: suæ communioni & disciplinæ adici. Ad hæc, esse in officio ministrorum regni sui, baptizatos omnes docere,

[Liber 1 chapter 4 page 30]
servare quæcunque ipse præcepit: atque; ideo docere eos ea diligentia & perseverantia, omnique; docendi genere, vt iam ipsi studeant præceptis CHRISTI & omnibus sese totos dedere, in dies plenius perficiendos.

Quamobrem illi fidi CHRISTI ministri non sunt[167], qui non præter publicas Scripturarum interpretationes, atque; inde sumptas exhortationes, & rudiores CHRISTI catechismo assidue instituunt, & domatum quoque; ac privatim officii sui singulos admonent, & delinquentes corrigunt: denique; piis quoque; collationibus, infirmius culis, & in doctrina CHRISTI alicubi hærentibus, ita succurrunt, vt in side evangelii confirmati[168], non patiantur se a quolibet salsæ doctrinæ vento commoveri, Postremo docet, se suis semper præsto suturam, Ecclesiæque, suæ Institutionem & doctrinam efficacem facturum.

EX EVANGELIO IOANNIS III. [Ioannis 3:3]

Amen Amen dico tibi (dicebat Dominus Nicodemus) qui non suerit natus denuo. non potest videre regnum Dei. Et Paulo post: *Amen amen dico tribo, nisi quis naturæ suerit ex aqua & spiritu, non potest ingredi in regnum, Dei*.

Hic agnoscamus, definitum esse[169], non solum in regnum Christi non posse recipi, sed ne quidem illud cognoscere, qui renati non sint: & quidem ex aqua & spiritu, hoc est, sacro baptismate (vel voto vero, Sinon re ipsa, suscepto) & Spiritu S. corda innovante.

EX EPISTOLA PAVLI AD ROMANOS. CAP. XIIII.

Regnum Dei non est cibus & potus: sed justitia, & pax, & gaudium in Spiritus S.

Ex hoc testimonio discendum est, in regno CHRISTI libertatem esse rerum omnium externarum[170]: idque unum esse curandum, & agendum, vt juste, hoc est, ex side Christi viventes, pace fruamur cum Deo & hominibus, adeoque eum omni creatura: indeque; in Domino & rege nostro perpetuo gaudeamus, & exultemus.

EX EPISTOLA AD CORINTHIOS PRIORE, C.V.

---

167 Partes muneris docendi, de quibus plure infra.

168 Ephes. 4.

169 Regnum Christi tantum renatorum est.

170 Quæ regni Christi libertas.

Regnum Dei non in sermone consistit, sed in virtute.

Decet quidem sermonem regni CHRISTI, hoc est, evangelium, summa prædicare cura, & religione[171]: non temere & inconsiderate effutire: tamen non per id regnum CHRISTI obtinemus, quamlibet accurato & diligenti sermone de eo loquamur, & cupide audiamus: virtutem adesse oportet cælestem, quæ sese exerat in crucifigendo & abolendo vetere homine, & formando perficiendoque novo.

EX VI. CAP. EIVSDEM EPISTOLAE. ITEM EX EPIST. AD GAL. QUITO, & EX QUINTO EPIFTOLÆ AD EPHEFIOS.

Nolite errare: injusti, scortatores, idololatræ, adulteri, molles, concumbentes cum masculis, fures, cupidi (qui[172] plus quam æquum est de rebus mundi sibi vendicant) dediti ebrietati, conviciatores: hi regnum Dei non hæreditabunt, nec partem in eo habent ullam.

Sicut ergo, qui in manifestis flagitiis perseverant, nullam in regno CHRISTI partem habent: ita debent etiam omni eius consortio, cum patefacti suerint, per Ecclesiæ disciplinam excludi.[173]

EX PRIORE AD Corinthios. CAP. XV.

[1 Cor. 15: 24,25] *Postea sinis, quando tradiderit regnum Deo & Patri: quando aboleverit omnem principatum, & omnem potestatem & virtutem, Oportet enim ipsum regnare, donec ponat inimicos sub pedibus suis.[174]*

Regnum CHRISTI in hoc mundo, est administratio salutis electorum Dei, qua hic Rex noster donatos sibi a Patre, sicut peccatis cotidie purgat, ita Satanæ potestate semper magis eripit, sibique; vindicat, & contra omnia mala tuetur. Quemadmodum igitur perfecta resurrectione, nihil amplius peccati in sanctis hærebit, eritque; Deus omnia in omnibus: sic tum non erit amplius opus

[Liber 1 chapter 4 page 31]

eo CHRISTI regno, & ea regni eius administratione, qua electi Dei a peccatis & diabolo liberentur. Tum ergo, vt probe iam defunctus suo munere, CHRISTUS Rex noster, regnum & potestatem suam, qua electos suos ab omni malo redemit, & in vitam Dei adduxit, Patri resignabit, cum Patre æternum in illis victurus, & ab eis glorificandus.

Tunc abolebit quoque; omnem alium, sive hominum sive spirituum principatum, omnem potestatem & virtutem, regno suo sive subservientem, sive adversantem. Sanctos enim suos habebit secum in cælis omni justitia consummatos, nullaque; iam aliena gubernatione opus habentes, aut probatione. Malos autem & spiritus & homines, abi iciet in gehennam, Unde sanctis nullum amplius valeant facessere nego cium. Donec autem hæc perficiantur, dumque; hærent adhuc in hoc mundo electi, & supersunt in eo inimici CHRISTI regis nostri, regnare ipsum oportet: hoc est, salutem suorum administrare, eosque; a peccatis & Satana vindicare, quousque; subjecerit inimicos suos omnes suis pedibus: vel conversione eorum ab impietate sua, ad regnum ipsius: vel reiectione eorum in gehennam.

---

171 Regnum Dei situm in virtute.

172 πλεονέχται

173 Qui regno Christi excludendi.

174 Christus tradit regnum suum patri.

At quia opus regni CHRISTI, & gubernatio, non nisi facta plena regeneratione electorum Dei, per beatam resurrectionem perficietur: hinc absoluta illa in sanctis justitia, & vita æterna, aliquando regnum Dei in Scripturis vocatur.[175] Vt cum Dominus dicebat discipulis suis, ad supplicium iam proficiscens: Et ego dispono vobis, quemadmodum disposuit mihi Pater meus, regnum, vt edatis & bibatis in mensa mea, in regno meo.

Eodem pertinet, quod Paulus scripsit Corinthiis: Hoc vero dico fratres, quia caro & sanguis regnum Dei hæreditare non possunt: nec corruptio in corruptionem hæreditabis.[176]

Dicere enim vult, nos, dum hac carne, & sanguine hoc adhuc gravamur, absolutam salutem, & nostri restitutionem, qua Deus scilicet omnia sit in nobis, percipere non posse: eamque ob rem, oportere nos moret corporali, & beata resurrectione antea innovari, planeque fieri spirituales. Cæterum proprie regnum CHRISTI dicitur, & est, quod administrat in hoc mundo, vindicando suos per evangelium & spiritum suum a potestate Satanæ, & Patri sanctificando, eique; adducendo.

Vel ex his itaque; locis, quos hic præmisimus, quicunque; eos pie consideraverint, facile agnoscent, quæ sit regni CHRISTI natura & ratio, quæ propria: & quæ requirenda sint, atque; revocanda illis, qui hoc CHRISTI regnum student apud se solide restitui.

Ex his ergo iam collectam & desumptam definitionem regni CHRISTI subii ciemus: & propria eius ordine adnumerabimus, quo hæc magis in conspectu existant legentis: quamque; sunt ad salutem necessaria, tam etiam studio se omnia revocentur, atque restituantur. Hoc enim qui negligunt, vt hodie (prodolor) id a perpaucis non negligitur: hi de regno CHRISTI apud se possunt inanibus verbis gloriari, re ipsa vero demonstrant se eo omnino adhuc destitui.

Regni Christi definitio brevior, & eiusdem postea diffufior

CAPVT V.

Regnum[177] servatoris, nostri IESV CHRISTI, administratio est & procuratio salutis æternæ electorum Dei, qua hic ipse Dominus noster, & Rex cælorum, doctrina & disciplina sua, per idoneos, & ab ipso delectos ad hoc ipsum ministros administratis, electos suos (quos habet in mundo dispersos, & vult nihilominus mundi potestatibus esse subjectos) colligit ad se, subique & Ecclesiæ suæ incorporat, atque in ea sic gubernat, vt purgati indies plenius peccatis, bene beateque vivant

[Liber 1 chapter 5 page 32]
et hic & in futuro. Sed præstat forsan hanc regni CHRISTI definitionem subi icere aliquanto fusius atque apertius, postquam illud cognoscitur a tam paucis.

Est[178] igitur illud, administratio & procuratio salutis æternæ electorum Dei, in hoc mundo, qua unigenitus Dei filius illos, misso eis evangelio suo, per delectos ad id a se ministros, & ad spirato suo spiritu, colligit de mundo ad se (tametsi eos mundi potestatibus, imo omnibus mundi hominibus, quibus

175 Regnum Christi dicitur aliquando perfecta sanctorum salus, et vita æterna.

176 1. Cor 15.

177 Regni Christi definitio.

178 Alia Definitio.

eos ipse adjungit, velit esse ad bonum subjectos) sicque collectos subi, & Ecclesiæ sanctæ suæ, quæ est eius corpus, incorporat sacrosancto baptismate, solemnique foderis divini, id est, adoptionis in filios pactione, & sanctione: atque ita sibi & Ecclesiæ suæ incorporatos regit & gubernat ipse, purgando indies magis magisque a peccatis, & ad omnem pietatem & justitiam, adeoque vitam æternam instituendo, formando, & perficiendo: utens ad id verbi sui, atque sacramentorum per idoneos ministros dispensatione: eaque & publica, & domestica atque privata, ac vigilanti etiam disciplinæ suæ, cum pænitentiæ, tum cæremoniarum, tum vitæ totius administratione.

Ex hac ergo iam definitione, quæ sunt regno CHRISTI propria, atque necessario requirenda, atque revocanda omnibus qui regnum CHRISTI apud se vere expetunt restitui, adnumeremus, & in conspectum, quantum liceat, proponamus.

Ex his vero primum est, vt aque cumque; in Ecclesiis geruntur, ea pertineant & conserant ad administrandam & procurandam salutem hominum: hoc est, eo vt a peccatis mundati, & Deo reconciliati per CHRISTUM, Deum in CHRISTO Domino, omni pietate & justitia colant & glorificent.

Huc ergo quæ non conserunt, (vt nihil huc conferre possunt, quæcunque non sunt a filio Dei ad hoc ipsum ordinata, & nobis mandata) ea omni debent ii, qui restitutum volunt apud se regnum CHRISTI, rejicere & abolere: uti sunt omni religionis dogmata non deprompta ex divinis literis. Item, quod homines tam impuri & profani occupant Ecclesiarum sacerdotia: quod sacra CRHSTI populis aliena lingua administrantur: corruptelæ & perversus usus Sacramentorum CHRISTI: adjectio Sacramentorum humanitus inventorum: in vocatio divorum, qui hinc migrarunt: idololatria, & similia.

Hinc quoque concluditur, eos salutis æternæ fore expertes, qui non se CHRISTI regno per omnia subi iciunt, & restitui apud se totum elaborant.

Alterum regni CHRISTI proprium est[179], electos de mundo in hoc regnum colligi per prædicationem evangelii, administratam per idoneos, & a Domino ipso ad hoc missos & delectos ministros, ad spirato simul Spiritu sancto, spiritu fidei, per quem datur hominibus, vt evangelio veram habeant fidem. Hac certe ratione & CHRISTUS Dominus ipse, & Apostoli eius, regnum Dei in mundo restituerunt.

Necesse itaque est, eos qui volunt regnum Dei apud se restitui, cum primis orare Deum, vt veros & fidelis mittat populis atque Ecclesiis suis evangelii prædicatores. Quomodo enim prædicabunt, nisi mittantur, & ab ipso rege, & summo sacerdote nostro IESV CHRISTO? Illius enim solius est dare Ecclesiæ suæ alios Apostolos, alios Prophetas, alios evangelistas, alios Pastores & doctores, ad colligandum & coaptandum in corpore suo electos suos.[180] Propterea enim Rex noster CHRISTUS descendit in inferiores partes terræ, mortuus propter peccata nostra: & rursus ascendit in cælos, ad dextram Patris, propter nostram justificationem.

Atque hoc ipsum etiam Dominus ipse declaravit, cum discipulis suis diceret, a resurrectione sua[181]: Quemadmodum misit me Pater, ego mitto vos, & cum

[Liber 1 chapter 5 page 33]
hoc dixisse, insufflavit, & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum detinueritis, detinentur. Penes unum ergo filium Dei hoc est, & mittere idoneos, atque; efficaces evangelii sui prædicatores: & Spiritu S. suo illos, vt munere suo salutariter fungantur, instruere.

Porro quicunque; ex animo ab hoc Domino messis oraverint, vt operarios extrudat in messem

---

179 II. Regni Christi proprium.

180 Rom. 10. Solius Christi, dare Ecclesiis fideles ministros.

181 Ioan 20.

suam, detque[182]; rursus Ecclesiis suis tam misere oppressis, & disjectis, evangelistas multos, eosque; cælesti virtute instructos: hi nihil poterunt omittere studii & operæ, vt quos Dominus ad hoc munus designarit, diligentissime inquirant, & in omni quidem ætate, & vitæ conditione: atque; inventos modis omnibus adjuvent, quo ad munus hoc sanctissimum salubriter obeundum, quam accuratissime præparentur, probentur, & sanctificentur.

Quamobrem[183], sicut in officio regum, & rerum publicarum moderatorum, hoc præcipuum est, cum primis dispicere & explorare, ad quam quisque civium vitæ functionem sit a Deo factus: atque curare, vt ad eandem statim a puero quisque instituatur, præparetur, & adjuvent ur: ita summo certe studio, & prima cura debent iidem inter suos, & ubi possunt, pervestigare & inquirere, quos Dominus videatur ad hanc summe salutarem, atque; ante omnes alias necessariam functionem, evangelii prædicandi, fecisse, designasse, & segregasse. Sicut Paulus gloriatur, se ad hoc munus statim ab utero matris fuisse segregatum.[184] Quosque; tales nancisci poterunt, curare statim a puero, ad hoc sanctissimum munus institui, & formari: suoque; tempore probe exploratos, & probatos, ad illud adhiberi. Hoc certe necesse est ante omnia, & summo studio procurari, ab omnibus regibus & principibus populi Dei, qui ex corde orant, adveniat regnum tuum.

Tertium[185] regni CHRISTI proprium (de quo & supra diximus) est, quod, quaquam cæleste sit hoc regnum, & non de hoc mundo, atque a solo CHRISTO Domino gubernetur: tamen omnes cives eius, omnesque eorum pastores & doctores oportere mundi potestatibus, quibus Dominus gladii administrationem commisit, esse subjectos, & omnium quidem hominum commoditatibus pro virili studere. Quorum vero munerum in re publica remissio & immunitas deceat veros Ecclesiarum administros, de eo dicemus postea, cum explicabimus, qua ratione, & quibus viis, sit apud nos CHRISTI regnum restituendum.

Quartum[186] regni CHRISTI proprium est, vt adulti in regnum CHRISTI, hoc est, Ecclesiam eius, non recipiantur, nisi sint antea evangelium CHRISTI satis docti, peccata agnoscant & deplorent sua, Satanæ & mundo renuncient: omnemque; evangelii obedientiam suerint professi, eique; professioni vita & mores eorum non repugnent. Tum demum est illis regnum CHRISTI reserandum, & peccata remittenda, atque; sacro sancto baptismate abluenda, fædusque; salutis & adoptio in filios Dei confirmandum & obsignandum. Hac ratione legimus & Joannem, & Apostolos baptisma contulisse, & homines in regnum CHRISTI cooptasset[187]: quam rationem veteres Ecclesiæ religiose observarunt, vt ante omnia prædicato evangelio in commune, singulos qui credere se ei consite rentur, CHRISTI catechismo: omnique; doctrina pietatis instituerent, & discipulos Domino facerent: ac tum demum baptizarent, cum peccata sua consensi, Satanæ & mundo renuntiassent, Christique; obedientiam essent professi.

Et hanc rationem Dominus diserte præcepit, cum Apostolos a resurrectione sua, ad prædicandum evangelium regni sui, & colligendas Ecclesias amandaret.[188] Dixit enim illis: Profecti igitur, ***μαθητ ζσατε πάνΊα τὰ ἔθνη***[189], baptizantes eos in nomen Patris, &c. hoc est, Docete omnes gentes, & facite mihi ex illis, docendo, discipulos: quod esse nemo potest, nisi doctrinam CHRISTI

---

182 Matth. 9?.

183 Quomodo piis regibus, et populorum moderatoribus, quæ ren disin idonei Evangelii præcones.

184 Galat. 1.

185 III. Regni Christi proprium.

186 IIII Regni Christi proprium.

187 Matth. 9., Marc. 1., Luc. 3., Act. 3:16-19

188 ubi Dominus facere professionem si Dei præceperit.

doctus suerit, atque; etiam professus.

[Liber 1 chapter 5 page 34]

Idem docet & D. Petrus, cum scribit[190]: Baptisma nos servare, non depositio nem sordium carnis, sed conscientiæ bonæ ***ἔπερώτημα***[191] erga Deum, per resurrectionem IESV CHRISTI. His enim verbis clare admonet, baptizandos adultos de side sua debere interrogari: eamque palem in Ecclesia profiteri.

At vere, cum infantes nostri baptizari debeant[192], juxta promissionem Domini, Ero Deus tuus, & Deus seminis tui: danda opera est, cum parentibus baptizatorum infantium, tum Ecclesiæ ministris, vt quamprimum eo adoleverint, diligenter catechizentur, & doctrina CHRISTI instituantur, quo fidei suæ quam cum baptizarentur, edere non potuerunt, professionem ipsi in Ecclesia palam faciant confitendo peccata sua, & collatam in infantili ætate baptismatis gratiam gratissimo animo complectendo, Satanæ & mundo renunciando, seseque Christi obedientiæ addicendo. Tametsi enim homines quicquid promittant, nihil possint præstare pietatis, quod CHRISTUS Dominus in eis non effecerit: præstentque ea omnia necessario, quæ hic in illis effecit: dat tamen & hoc idem Dominus, vt electis suis peracre calcar sit, si quid graviter & sancte promiserint.

Qua de causa placuit Domino[193], vt fædus salutis vetus populus toties confirmaret, publica obedientiæ fue professione, uti legimus Exodus 24. Deuteronomium 29. & 31. & Josuæ ultimo. Qui loci diligenter legendi & ponderandi sunt, omnibus qui Christi Regnum optant apud se obtinere. Atque in locis Deuteronomium 29. & 31. illud maximopere observandum est, quod Dominus voluit fædus cum populo suo renovari singulo quoque septenario, atque præsentibus mulieribus & parvulis. Sed naturæ quoque hominum hoc Deus insevit, vt quamvis videamus permultos homines nullis teneri promissis, ne juratis quidem, nisi pro suo quod salso opinantur commodo: tamen nemo civis in rem publicam recipitur, nemo in aliquod legitimum collegium, quin proprio ore ea promittat & juret, quæ sunt boni civis & collegæ. Cum iam, quicquid aliquid momenti queat adferri excitandis hominibus ad solidam Christi obedientiam, sit ab omnibus, qui regnum Christi expetunt, summo studio adhibendum: quis dubitet, ad Ecclesias Christi & hoc præcipue pertinere, vt a singulis Christianis propriam fidei & obedientiæ Christi professionem requirant: & ab adultis, priusquam baptizentur: ab iis vero infantili ætate baptizati sunt, cum suerint catechizati, & Christi Evangelione edocti? Atque si qui catechizari se & doceri non sustineant, & præcepta CHRISTI omnia, ac legitimam fidei atque obedientiæ CHRISTO & Ecclesiæ præstandæ, facere professionem detrectent, hos debere a consortio sanctorum &

---

189 [***μαθητ φσατε πάνΊα τά ἔθνη***]

190 1. Pet. 3., Fædus Domini per interrogationem & promissionem sociandum.

191 [ἔπερώτημα] [single query]

192 Baptizati catechizandi a parentibus suis & ministris. A quid valeat promissio pietatis.

193 Quid profeteri debeant in ecclesiæ, ubi adoleverint, et catechizati fuerint, qui baptisma receperunt in infantili ætate.

Dominis fædus suum singulo quoque septenario voluit renovari, etiam mulieribus & pueris præsentibus. Nemo in ullam civitatem aut collegium recipitur, qui non juret se eius civitatis aut collegii legibus victurum. Qui catechizari se, et fidei suæ professionem fateri nolint, esse a consortio ecclesiarum re ii ciendos.

Quales ministri ecclesiis præficiendi.

sacramentorum communione rejici: propterea quod, qui huiusmodi sunt, gratiam baptismatis palam repudient, & regno se Christi omnino ipsi subtrahant. Manifestum enim est Domini præceptum Matthæi ultimo, Baptizatos docendos esse, servare quæcunque ipse præcepit.

Quintum regni CHRISTI proprium est, vt omnes veri eius cives præbeant se CHRISTO Regi per omnem vitam regendos & gubernandos: id est a peccatis purgandos, ad omnemque pietatem & justitiam, hoc est, vitam æternam instituendos, formandos, & perficiendos: idque per sacrum Ecclesiæ ministerium. Quapropter necesse est, omnem CHRISTI Ecclesiam habere hoc ministerium rite constitutum[194], hoc est, presbyteros & curatores suos, qui & velint & possint, universos ac singulos sui cætus ac curæ homines, cum doctrinæ, tum sacramentorum & disciplinæ CHRISTI administratione, ad salute summo studio & assidua erudire & provehere: atque etiam cum ipsorum, summo studio & assidue erudire & provehere: atque etiam cum ipsorum, tum eorum quibus domestice præsunt, sanctis vitæ exemplis eodem invitare.

Notus est Canon Spiritus sancti, de conditione & munere ministrorum Ecclesiæ proditus, & explicatus in Epistolis Pauli ad Timotheum & Titum:

[Liber 1 chapter 5 page 35]

singulariter vero capite prioris ad Timotheum tertio, & ad Titum primo: qui Canon religiosissime sane est observandus & requirendus. ubi enim Ecclesiis præsunt, ad quos illud Domini non pertineat, Qui vos audit, me audit: administratio regni CHRISTI conservari rite non potest. Cumque nec privatus quisquam in Ecclesiis CHRISTI serendus sit, qui pietatem, quam ore profitetur, factis neget: quanto minus tolerari quisquam debet in procuratione ac gubernatione, Ecclesiarum, qui deprehendatur non vere amare Dominum IESVM:[195] & esse nec idoneus nec studiosus, vt ad CHRISTI regnum homines adducat, & adductos ad omnem justitiam instituat?

Quantum[196] vero studii ponendum in hoc sit, vt Ecclesiis singulis idonei & fideles præficiantur pastores, Spiritus sanctus clare docet in exemplis Pauli & Barnabæ: qui singulis ecclesiis, quas Domini lucri fecerant, presbyteros suos cum precibus & ieiuniis ordinaverunt, Paulus quoque Eadem de causa Titum suum reliquerat in Creta, vt singulis oppidis presbyteros ordinaret.

Hic autem observandum est, non oportere presbyteros omnes esse literis & linguis, vel etiam facultate publice docendi instructos[197]: quod munus quanquam sit etiam presbyterorum, præcipue tam ad eum pertinet, qui primum inter presbyteros locum tenet, cui Episcopi nomen peculiariter attribuitur. Ad hoc enim, vt idoneum se quis seniorem Ecclesiæ præstet, satis est, si ministerium CHRISTI probe teneat: atque; vel mediocriter, fideliter autem docere alios valeat: tum vt spirituali prudentia præditus sit, atque; zelo gubernandi Ecclesiam Dei: & cavendi, ne quis a suscepta gratia excidat.

Tales sane possunt cum administris doctrinæ & sacramentorum CHRISTI disciplinam exercere, admonere officii fratres domatum & singulatim: atque cum quis nomine Ecclesiæ admonendus veniat, aut corrigendus, aut ad pænitentium ligandus, vel excommunicandus, adesse, suamque; sententiam salubriter dicere: hisque; & se præstare vere ***διδακτικοὺς***, hoc est, ad docendum idoneos & studiosos, tenacesque; fidelis sermonis in docendo, atque[198]; potentes ad exhortandum per doctrinam sanam, tum etiam ad revincendos veritati contradicentes. Hoc genus presbyterorum fuisse & synagoga, & in primis

---

194 Canon Spiritus sancti de facr. ministeriis revocandus, qui est 1. Tim. 3. & Tit. 1. propositus.

195 1. Cor. 16., 2. Tim. 2.

196 Quanta cura dispiciendum, ut ecclesiæ singulæ suos habeant fideles & idoneos pastores & doctores.

197 Act. 14. Tit. 1., Duo genera presbyterorum.

198 1. Tim. 3., Tit. 1.

Ecclesiis, nec sine vitio doctorum & incommodo Ecclesiarum esse abolitum, testatur D. Ambrosius[199], ita scribens in illud quinti capitis, prioris ad Timotheum: Seniorem ne increpaveris. Unde & synagoga, & postea Ecclesia seniores habuit, quorum sine consilio nihil agebatur in Ecclesia. Quod qua negligentia obsoleverit, nescio: nisi sorte doctorum desidia, aut magis superbis, dum soli volunt aliquid videri.

Nihil sane majore cura prospiciendum est, quam vt de ovibus CHRISTI nulla pereat: & si quæ a caulis eius aberraverint, quam primum querantur, & reducantur. Atque; si quid fregerint, hoc est, si in grave aliquod peccatum lapsi suerint (quanquam se in Ecclesiæ consortio contineant) salutaris pænitentiæ obligatione & curatione sanentur. Quæque; debilitari in side ceperint, in tempore confirmentur. Et quæ sane in caulis se, & apud pastorem suum bonum continent, studiose pascantur: hoc est, in omni pietate provehantur.

Hæc vero tanta boni pastoris officia quis possit præstare unus multis? Placuit igitur Spiritui S. ab initio Ecclesiæ: administris Verbi & sacramentorum, primariis scilicet presbyteris, & episcopis, adjungi & alios vicarios, ex Ecclesiæ corpore, graves, & gubernandi dono præditos: qui illis adessent in gerenda cura singulorum, & retinenda, urgendaque; CHRISTI disciplina.[200]

Nefas enim est, cum in administratione civili, prætoribus etiam in exiguis pagis, tamen aliqui adhibentur consiliarii, & assessores: administrationem salutis æternæ uni & alteri tantum committere, & plerumque; ejusmodi hominibus, qui apud populum Christi perparum valent gratia & authoritate in Domino:

[Liber 1 chapter 5 page 36]
cum exploratum tamen sit, homines non facile ferre corrigi se ac reprehendi, nisi ab iis quos credunt & amicos sibi, & sapientia ac justitia præpollere. Partes vero huius sacri ministerii sunt, Doctrina CHRISTI, Sacramentorum eius dispensatio, & disciplinæ eius administratio.[201]

De doctrinæ CHRISTI dispensatione.

CAPVT VI.

Doctrina[202] omnis depromenda est ex divinis Scripturis, quibus nec addere quicquam nec detrahere sas est: atque exhibenda populis his modis. Primum, divinarum Scripturarum recitatione. Deinde, earundem interpretatione, sed quæ ex ipsis divinis Scripturis sit de prompta. Tum, solida religionis doctrina: id est, dogmatum fidei nostræ & dilucida explicatione, & certa confirmatione. Inde, piis, & ex iisdem Scripturis allatis exhortationibus. admonitionibus, reprehensionibus & obtestationibus. Deinceps, rudi orum catechismis, atque auditorum ex doctrina CHRISTI repetitione.

199 Ambrosius de senioribus, ecclesiæ, ministris verbi & sacramentorum ex sanctæ plebe adjungendis.

Quam multiplex & operosum sit munus pastorale.

200 Quare Spiritus sanctus voluerit uni ecclesiæ multos præfici presbyteros. 1. Cor. 22.

201 Sacri ministerii tres partes.

202 Mineris docendi partes septem. I. Scripturarum recitatio. II. Scripturarum interpretatio. III. Dogmatum fidei explicatio & confirmatio. IIII. Admonitione & exhortatio. V. Catechismus. VI. Collationes et disputationes. VII. Privatæ institutiones, etc.

Præterea, si qui hæreant in aliquibus Christianæ doctrinæ locis, aut illi etiam contradicant, sanctis collationibus & disputationibus, quibus Christi doctrina & plenius explanetur infirmioribus, & adseratur firmius contra contradictores. Postremo, privata quoque eruditione, adhortatione, consolatione, correctione, &c.

Hæc omnia legimus CHRISTVM, principem Ecclesiarum, pastorem & doctorem, in administratione doctrinæ Evangelii religiose servasse. Nazareth enim in synagoga, dato ei libro Isaiæ prophete, recitavit ex eo quædam, quæ mox etiam est interpretatus, salutaremque ex illis doctrinam & admonitionem subjecit.[203] Quam promptum vero se præstiterit ad respondendum, non iis solum qui discendi causa aliquid ab eo de doctrina salutis sciscitabantur, verum etiam iis qui doctrinam eius palam calumniabantur, eique, vt occasionem invenirent eum reprehendendi, insidiabantur, admodum copiose testati sunt Evangelistæ omnes.

Quanta vero religione hoc Domini exemplum Apostoli sint secuti, restis est Lucas in Actis eorum.[204] In synagoga Antiochiæ Pisidiæ, commemorat ille Paulum & Barnabam, cum data eis fuisset copia exhortandi populum, post lectionem Mosis, & prophetarum, gravissimam habuisse de CHRISTO concio nem, eamque ex divinis Scripturis totam desumptam. Vt facilem vero se Paulus præbuerit ad disserendum de Evangelii doctrina, & ad probandum eam omnibus, etiam religiosis disputationibus & collationibus, id vel ex eo abunde liquet, quod statim a conversione sua Damasci Judæos in synagogis disputando pudescit, & evicit ex Scripturis, Dominum IESVM esse CHRISTVM: quodque nec cum Epicureis & Stoicis, Athenis detrectavit de Evangelii doctrina disputare.[205]

Nulla certe doctrina tam accurate, & modis omnibus, quibus doceri homines possunt, tradi debet, & confirmari, atque doctrina vitæ æternæ. Iam constat, omnes fideles disciplinarum professores, præter authorum suorum interpretationem, & traditam ex his publice doctrinam, minime gravari, eadem doctrinam moderatis ac studiosis collationibus atque disputationibus, cum explicare plenius tardioribus, & confirmare, tum tueri etiam, ac defendere solidius contra adversarios.

Ex eadem vero communi fidelium doctorum diligentia nemo non agnoscit, quam utiles sint ac necessarii, & rudi orum[206], sive illi ætate sive sensibus pueri sint, Catechismi: quibus nimirum singuli homines commodis interrogationibus & responsionibus, de primariis religionis nostræ capitibus edoceatur.

[Liber 1 chapter 6 page 37]
Quis enim fidelis ludimagister, aut ullius disciplinæ vel artis Doctor, satis ducat, auditoribus suis bonos enarrasse authores, & disciplinarum artiumque; præcepta tradidisse: & non etiam, quæ explicuit & tradidit, ab auditoribus requirat, studeatque; illorum animis altius infigere: cum interrogando illos, quomodo singula perceperint: tum & interrogandi se copiam illis faciendo, si quid minus plane intellexerint?

Iam, vt modo dixi, nulla est doctrina, qua perinde necesse sit doceri quam diligentissime, atque scientia salutis æternæ. Summo igitur studio & assidua diligentia adhibendi sunt in Ecclesiis, præter alias docendi rationes, & Catechismi.

---

203 Lucæ 4.

204 Act. 13.

205 Act. 9., Act. 17

206 Quam necessarius Evangelii catechismus.

Huiusmodi catechismos, & synagoga, & Ecclesiæ primæ, singulari cura exhibuerunt.[207] Qualis ille quoque; erat, cui intererat Dominus noster IESVS CHRISTVS, cum duodenis mansisset Hierosolymis insciis parentibus suis. Ita enim Lucas de eo scribit: Invenerunt eum in templo sedentem in medio doctorum, & audientem eos, & interrogantem eos: atque omnes qui audiebant eum obstupuisse propter intelligentiam & responsa eius. Audivit ergo tum IESVS. Quos? indubie Doctores, qui ipsum & alios pueros catechizabant: & interrogavit etiam eos, & respondit eis interrogatus, quæ est ratio vera catechizandi. Sic veteres Ecclesiæ certos semper habuerunt ministros huic muneri catechizandi deputatos, qui Catechistæ vocabantur: qualis fuisse legitur & Origenes in Ecclesia Alexandrina, & Heraclas, lib. 6.hist. Ecclesiasticus capitulus 14. Et in aliis Ecclesiis, alii. His itaque rationibus CHRISTI doctrina administratur publice, ubicumque; CHRISTVS regnum suum solide obtinet.

Verum qui pastores & doctores Ecclesiarum volunt muneri satisfacere suo, & se mundos servare a sanguine pereuntium ex suis gregibus: hos oportet CHRISTI doctrinam non solum administrare publice[208], verum etiam pænitentium erga Deum, & fidem in Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, & quæcumque ad pietatem conserunt, an nunciare, docere, & obtestari apud omnes qui doctrinam hanc salutis non rei iciunt: etiam domatum atque apud unum quemque privatim. De quo legatur & pie ponderetur D. Pauli oratio, quam habuit ad presbyteros Ephesios, quos Miletum ad se vocaverat, cum proficisceretur Hierosolyma. Fideles enim CHRISTI ministri debent hunc magistrum suum, & summum Ecclesiarum pastorem in eo imitari, vt & ipsi studiosissime quærant quicquid perierit, & centesimam ovem ā caulis eius aberrantem, relictis nonaginta novem, quæ in caulis Domini perseverant.

Quanta vero promp titudine Dominus cælestem doctrinam tradiderit, etiam domatum, & apud omnes privatos, Evangelistæ abunde testantur. Nec riguit enim illum admodum prolixo instituere catechismo Samaritanam illam mulierculam, quæ tamen non admodum pure vitam suam instituerat: imo ita exarsit animo in ea muliercula ad salutem erudienda, vt quanquam fatigatus esset, & famelicus, allatum tamen ā discipulis cibum sumere disseret, diceretque; alium se habere, quem manducaret, cibum: procurare scilicet miseræ illius mulierculæ salutem.

Ita memorant quoque; Evangelistæ eum privatas haud gravatim ingressum esse domos, idque; non amicorum tantum, & verorum discipulorum; verum etiam peccatorum, & Pharisæorum, qui omnia eius dicta & facta solebant calumniari: doctrinamque; vite æternæ in ipsis quoque conviviis exhibuisse, idque; & reprehendendo peccata tam ipsorum convivatorem, quam convivarum, & mysteria regni sui explicando. Ex his itaque licet satis cognoscere, quomodo sit in Ecclesiis CHRISTI doctrina, quæ prima est sacri ministerii pars, administranda.

[Liber 1 chapter 7 page 38]

DE SACRAMENTORVM dispensatione.

CAPVT VII.

---

207 Catechismi salutaris doctrinæ, & in synagogæ, et in primis ecclesiis religiosē exhabiti sunt. Luc.2. Christus duodemnis catechismo interfuit Hierosolymis.

208 Christi doctrina etiam domatim & privatim tradendæ. Act. 20.

Altera[209] sacri ministerii pars est, Sacramentorum dispensatio. Sunt autem duo nobis Sacramenta a CHRISTO nominatim instituta, & mandata, Baptisma, & sacra eius Cæna. Sic autem religiose Apostoli sacramento impositionis manuum in ordinandis Ecclesiarum ministris sunt usi, uti legimus Actorum decimo tertio, prioris ad Timotheum quarto & quinto, posterioris primo: vt verisimile appareat, hoc fecisse eos mandato Domini. Scribit enim de huius signi usu ad Timotheum suum Paulus, tanquam de sacramento perpetuæ observationis. Nam commonet eum, ne cui manum cito imponat. Attamen nullum de eo nobis CHRISTI extat mandatum in Scripturis expressum, uti de baptismate & eucharistia.

Usas præterea legimus priscas Ecclesias signo imponendi manus, etiam in reconciliatione pænitentium, & in confirmatione in side CHRISTI baptizatorum, quam episcopi facere solebant ad exemplum Apostolorum, qui baptizatis conserebant hoc signo Spiritum sanctum.[210] Qui itaque; CHRISTI regnum apud se rite cupiunt instaurari, in primis elaborare debent, vt legitima revocetur administratio baptismatis & eucharistiæ.

Ea vero his partibus continetur.[211] Primum, vt Sacramentum utrumque administrent ministri sancti, & inculpati: nec administrent illa, nisi iis quos secundum Domini verbum debent pro sanctis & inculpatis habere. Baptismate enim homines debent peccatis ablui, regigni, & innovari ad vitam æternam, CHRISTO Domino incorporari, eo indui: quæ omnia non sunt nisi sanctorum, & ad vitam æternam electorum.

De baptizandis infantibus credentium, Verbum illud Domini satisfacit[212]: Ero Deus tuus, & seminis tui: & liberi vestri sancti sunt. Adulti autem, vt supra dictum est, catechizari antea debent, quam baptizentur: & diligenter explorari, num eam quam ore fidem confitentur, etiam corde teneant.

Ita constare etiam oportet fidelibus CHRISTI ministris, ex fructibus de eorum, quibus eucharistiam præbeant, vera peccatorum pænitentia, & solida in CHRISTIVM Dominum side. Quod pie perpendens D. Chrysostomus, dixit, & scripsit[213]: Animam suam prius se traditurum, quam indignis Dominicum corpus: & pati suum potius effundi sanguinem, quam sacratissimum Domini sanguinem aliis quam dignis præbere.

Hinc sanctorum Patrum temporibus Diaconi deambulantes per templum, diligenter observabant, ne quis indignus ad Domini mensam accederet: vt idem Chrysostomus testatur. Quomodo enim fas sit, administros salutis electorum Dei, sacratissima hæc salutis mysteria præbere iis, quorum fidem & pietatem non habent cognitam: atque adeo vereri merito debent, ne, quæ Dominus ad salutem instituit, ipsi ad judicium & condemnationem hominibus dispensent.

Deinde[214], cum his Sacramentis remissio peccatorum, & beata CHRISTI communio impertitur, fædusque; æternæ salutis obsignatur, & confirmatur: necesse est, vt hæc mysteria, sumpturis ista Sacramenta, totique; præsenti Ecclesiæ explicentur quam clarissime, & quam sanctissime celebrentur. Hinc veteres Ecclesiæ totum octo duum in celebrandis baptismatis mysteriis impendebat. Quod quo facerent augustius, Baptisma in Paschatis modo festo, & Pentecostes conserebant: nisi de vita quis periclitaretur. Qua de re extant canones, & leges, etiam ultra tempora Caroli magni & filiorum eius.

---

209 Baptisme Cæna Domini expresse manuum commendata ab apostolis.

210 Act. 8.

211 Quæ ad legitimam baptismatis & eucharistiæ administrationem necessaria sint.

212 Act. 21., Tit. 3., 1.Cor.12., Gal.3., Gen. 17., 1.Cor.7.

213 Homilia 83. in Matthæum.

214 II. Mysteria Christi in administratione Sacramenti utriusque summæ religione explicandæ.

[Liber 1 chapter 7 page 39]

Ad[215] utriusque itaque Sacramenti administrationem, recitandæ sunt congruentes sacrarum Scripturarum lectiones, atque explicande quam religiosissime: indeque; populus ad dignam sacramentorum sumptionem gravissime exhortandus, Adjungi quoque debent ardentissimæ preces ad Dominum, & gratiarum actiones: tum etiam piæ oblationes. Nam cum his sacramentis homines summa Dei beneficia percipiant, peccatorum remissionem, & vitæ æterne hereditatem: certe vacui in conspectu Dei apparere ipsi non debent. Cumque Dominus eum usum Eucharistiæ instituit[216], qui est in priscis quoque Ecclesiis perquam religiose observatus, vt qui unus in ipso panis, & unum sunt corpus, omnes etiam (si quidem sacræ cænæ præsto sint) uno illo pane & calice æternæ salutis, corpore Domini & sanguine, per hæc sacramenta fidelibus oblatis & commendatis participent. hic certe S. eucharistiæ usus summo debet studio in Ecclesias revocari. Accipite enim (inquit Dominus) & comedite, hoc est corpus meum, item: Accipite, & bibite ex hoc calice omnes, hic est sanguis novi Testamenti. Et quonam pacto se non obligarent gravi CHRISTI Domini & mysteriorum eius contemptu, qui oblatum ab ipso cibum & potum vitæ æternæ respuunt sumere, tam benigne & amanter ad hoc ab ipso invitati?

Nec certe audiendi sunt qui audent dicere, Dominum sumptionem sacramenti eucharistiæ non præcepisse, propterea quod Paulus Domini verba de calice hæc commemorat: Hoc facite, quoties biberitis, in meam commemorationem. Miseri enim isti, tanti beneficii CHRISTI contemptores, non perpendunt, quæ Apostolus toti illi narrationi præmisit. Ego enim, inquit, accepi a Domino, quod & tradidi vobis. Dominus autem nihil tradidit, nisi quod vere salvificum sit nobis, quodque sine eius contemptu prætermitti non possit. Sed nec tantum illud præcepit, vt cum de pane eius edimus, & calicem bibimus, id in ipsius faciamus memoriam: sed præcepit etiam nos hoc ipsum facere, quod instituit, & tradidit in sacra sua Cæna. Facite, inquit, hoc in meam commemorationem. Pertinent denique & ad nos præcepta illa, Accipite, & comedite, &c. Accipite & bibite, &c.

Sed[217] isti tanta CHRISTI beneficia fastidientes, res tantum externas in his mysteriis considerant: nec agnoscunt, CHRISTUM servatorem esse in medio suorum, & semet ipsum his sacramentis præbere suis in cibum & potum vitæ æternæ: hoc est, in sustentationem, & confirmationem, atque incrementum fidei, totiusque; vitæ novæ & beate. Nihil enim hic carnale, aut mundi huius cogitandum est: non de cibo hic & potu agitur ventris, sed spiritus: verum, quo etiam corpus ad obsequium spiritus magis expeditur, & ad suturam resurrectionem sanctificatur.

Ubi[218] itaque CHRISTI regnum plene vereque; suscipitur, ibi ea quoque; quam descripsimus, sacramenti utriusque dispensatio, juxta præcepta Domini, & exemplum primæ atque apostolicæ Ecclesiæ restituatur oportet. Atque proinde, quo religiosius atque salubrius hæc sacramenta fidelibus exhibeantur, convenit fane, vt non exhibeantur, nisi Ecclesia vel tota, vel maxima ex parte collecta: & irreligiosis, indignisque; hominibus submotis: utque; præsentes omnes, sicut CHRISTI communione norunt se vivere, spemque; omnem vitæ æternæ obtinere: ita oblatam eis in sacra Cœna hanc CHRISTI communionem quam cupidissimis animis sumant. Nam qui non expetunt vivere & manere in CHRISTO Domini, nec ipsum vivere manereque; in ipsis, hi sacra hæc ne aspicere quidem debent, sacroque; cætu omnino arceri.

Hæc omnia de administratione baptismatis & eucharistiæ tradita & præcepta sunt ab ipso rege, & summo sacerdote nostro, Domino IESV CHRISTO: & Ecclesiis passim per Apostolos commendata:

---

215 Ad utriusque; Sacramenti administrationem, quæ adhibendæ.

216 Christiani cum adsunt,, sacramentis debent omnes pariter communicare. 1.Cor.10.

217 Id administratione sacræ cænæ summus sacerdos noster Christus præsto est suis, et omnia ipse perficit.

218 Cæna Dominica frequentioribus tantum ecclesiarum cætibus exhibenda est, summotis indignis.

quæ etiam CHRISTI

[Liber 1 chapter 7 page 40]
Ecclesiæ, omni eo tempore, quo a veris episcopis gubernabantur, religiose observaverunt. Quocirca, qui non toto pectore in hoc incumbunt, vt ea omnia in Ecclesias revocentur, religioseque; observentur: hi frustra orant patrem cælestem. adveniat regnum tuum.

De imponendis manibus iis, qui ad sacra Ecclesiæ ministeria consecrantur, diximus supra: quanquam nullum expressum mandatum Domini habeamus, tamen ea extare Apostolorum exempla, ac etiam ad Timotheum præceptum, vt verisimile omnino sit, Apostolos eo signo ad ordinationem ministrorum Ecclesiæ usos esse ex Domini mandato. Quapropter hæc cæremonia in priscis Ecclesiis est summa religione observata, & in restitutis hoc tempore Ecclesiis in usum pie revocata.

Porro[219] illud Apostoli hac in re, Ne cui cito manum imposueris: diligentissime observandum est. Probari enim necesse est quam acerrime eos, quibus ista salutis æternæ mysteria sunt committenda. Probentur prius, & sic ministrent: clarum præceptum est Spiritus sancti.[220] Sive itaque ministros Ecclesiæ sibi ipsæ eligant, sive mittantur eis a principibus & episcopis, accuratissime ante omnia illi examinandi sunt: idque; ad canonem Spiritus S. in epistolis Pauli ad Timotheum & Titum proditum[221]: quo Ecclesiis plane constet, quantum de hominibus constare potest, illos & velle, & posse , Ecclesiis CHRISTI sua præstare ministeria, ex sententia principis pastoris nostri, & episcopi animarum nostrarum IESV CHRISTI.

Tum[222] religiose quoque; exemplum Apostolorum, in horum initiatione revocandum est, quod D. Lucas Actorum decimo tertio & decimo quarto commemorat: at initientur præsentes tota Ecclesia, & adhibitis ieiunijs atque; precibus. Recitandæ igitur sunt & ad hanc cæremoniam congruentes Scripturarum lectiones, & diligenter populo explicandæ, quo ad preces fundendas ad Dominum magis inardescat.

De disciplinæ vitæ ac morum administratione.

CAPVT VIII.

Iam[223] de tertia agendum sacri ministerii parte, quæ est, disciplina Ecclesiæ. Ea vero est triplex: una, vitæ & morum: altera, pænitentiæ, si quis gravius deliquerit: tertia, sacrarum cæremoniarum.

Disciplina vitæ & morum in eo sita est, vt non publici modo Ecclesiarum ministri (quanquam hi præcipue) sed singuli etiam Christiani, curam proximorum suorum gerant: ac quisque; proximos suos ex authoritate & magisterio Domini nostri IESV CHRISTI, tanquam eius discipulos, in side & cognitione eius, ubi ubi possit, confirmet & provehat, atque; ad progrediendum in vita Dei adhortetur. Ac si qui labantur sive in errorem doctrinæ, sive in aliquod vitæ & morum vitium, vt talis, quicunque valeat, ab omni & salsa doctrina, & pravis actionibus summo studio revocet, cum ad doctrinæ

---

219 Examinatio Canonica ordinandorum revocanda.

220 1.Tim.5.

221 1.Tim.3.

222 Religio S. ordinationis.

223 Disciplinæ triplex: vitæ communis, pænitentiæ, et cæremoniarum.

CHRISTI sinceritatem, tum ad sedulam vitæ omnis id placita Dei conformationem.

Clarum[224] sane extat præceptum Domini: Si peccaverit in te frater tuus (Christianus autem homo id solum peccari in se ducit, quod peccatur in Deum) vade, & argue eum inter te & ipsum solum: si audierit te, lucratus es fratrem tuum. Consideremus igitur in his verbis, cum majestatem præcipientis, tum divinum operæ precium, quod obediendo huic præcepto Domini facimus. Nam ait Dominus: Si audierit te frater tuus, lucratus es eum: ad salutem nimirum, & vitam æternam. Hinc præcipit & Spiritus sanctus ad Galatas[225]: Fratres, si homo præoccupatus suerit aliquo delicto, vos, qui spiritales

[Liber 1 chapter 8 page 41]

estis, instaurate huiusmodi, & reconcinnat: id est, ***καταρτιζ ετε***[226] spiritu mansueto. Et propterea adhortamini vos invicem, & instaurate quisque alterum, quemadmodum & facitis.[227] Et Paulo post: Adhortamur vos fratres, corrigite & instituite eos, qui vivunt inordinate. consolamini eos, qui sunt pusillis animis. tolerate & sustinete infirmos.

Etenim[228] Christus, magister & gubernator noster, vivit agitque in Christianis singulis: in singulis igitur, & per singulorum ministeria quærit quod periit, & salvum facit. Quamobrem necesse est, vt quicunque CHRISTI vere sunt, ex ipsius authoritate & magisterio, fratrum curam gerant vigilantissimam, atque ad officium assidue quoscunque possint, exhortentur: a peccatisque omnibus pro virili sua arceant: vel retrahant in ea lapsos.

Perinde[229] necessarium est, vt qui a fratribus, juxta præceptum Domini admonentur, & corriguntur, agnoscant in illis, & suspiciant CHRISTI ipsius authoritatem, & magisterium: admonitionemque eius modi & correctionem, vt veros CHRISTI decet discipulos, excipiant grati, & studiose sequantur: nec dubitent, se Christum ipsum adspernari, si quem ex verbo Domini admonentem & corrigentem contempserint: audireque Christum ipsum, cum pie reprehendentibus atque adhortantibus auscultaverint.


Porro[230], quoniam privati Christiani in hac CHRISTI disciplina exercenda plerumque; non parum cessant, in officio est curatorum Ecclesiæ, & seniorum, quorum propterea nu metus pro cuiusque plebis multitudine augendus est, studiose in hac re sarcire, quod a privatis suerit neglectum. Ac proinde operam hi dare debent, cum per se, tum per Ecclesiarum Diaconos, vt singulos suæ curæ commendatos, habeant probe cognitos: & diligenter observent, quid quisque in vita Dei proficiat, quidve in ea remittat: quo in tempore in fratribus sanctis corrigant admonitioni. quicquid delicti deprehenderint. Qua in re tanto majorum debent adhibere hi curatores animarum diligentiam, quam ulli adhibere possunt præceptores humanarum disciplinarum & artium in formandis discipulorum ingeniis: quanto potior est, & magis necessaria scientia salutis æternæ, quam ullæ sint aliæ artes & scientiæ.

Cogitent igitur sedulo, quoscunque Dominus ovibus suis præfecerit, ex ipsorum manibus requirendas esse, quæcunque ipsorum negligentia perierint. Perpendant probe, quæ illis & dixit & minatus est Dominus per prophetam Ezechielum: fili hominis, speculatorem te dedi domui Israæl: audies

---

224 Matth. 18.

225 Gal.6.

226  **[καταρτιζ ετε]** **[compiled either]**

227 1. Thess. 5

228 In quibuscunque; hominibus Christus uiuit, in his etiam quærit quicquid perit.

229 Christum ipsum repudiari, cum facta ex verbo eius admonitio, & admonitio, & reprehensio, quisquis eam ad serat, rejicitur.

230 Ministros ecclesiarum sarcire oportere, quicquid in admonendis fratribus suerit a privatis neglectum.

ergo ex ore meo verbum, & admonebis eos ex me. Cum ego dixero impio, Morte morieris: & tu non monueris eum, nec loqutus sueris, ad revocandum impium a via sua impia, quo ille vivat: ipse in iniquitate sua quidem morietur, sanguinem autem illius de manu tua requiram, &c. Probe etiam considerent atque ponderent, quæ Dominus per eundem vatem queritur de pastoribus, qui oves debiles non confirmant[231], & ægras non sanant, & confractas non obligant, & a grege depulsas non reducunt: quæque perierunt, non requirunt. Insonet animis eorum semper, & gravis. illa Pauli admonitio, facta ad presbyteros Ephesios: Attendite vobis ipsis, & omni gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos[232], vt pascatis Ecclesiam Dei, quam sibi proprio sanguine comparavit. Item illud, quod Tito suo præcepit[233]: Hæc loquere, & ex his adhortare, & reprehende, cum omni authoritate, tamquam tibi subjectos.

Hocque[234]; beneficium CHRISTI debent, vt summe necessarium & salutare gratissimo amplecti animo, quibus illud impenditur, ad quod hortatur Spiritus sanctus per Paulum ad Thessalonicenses, his verbis: Rogamus vos fratres, vt agnoscatis eos qui inter vos laborant, & præsunt vobis in Domino, & corrigunt atque; instituunt vos: abundantiore charitate conplectimini eos, propter

[Liber 1 chapter 8 page 42]

opus eorum: & servate pacem cum illis.[235] Et Epistola ad Hebræos: Obtemperate iis qui vobis præsunt, & obedite: ipsi enim vigilant pro animabis vestris, vt rationem reddituri, quo cum gaudio hoc faciant, non ingemescentes. His itaque; constat disciplina vitæ & morum.

De administranda disciplinæ Pænitentiæ.

CAPVT IX.

Pænitentiæ[236] vero disciplina ad eos proprie pertinet, qui in graviora suerint peccata prolapsi. Nam vt Paulo ante dictum, fideles CHRISTI ministri in Ecclesiæ consortio tolerare non debent, nec ad Sacramenta CHRISTI admittere, quos non possunt ac debent ex fructibus eorum, juxta præcepta Domini, veros eius agnoscere discipulos, & sectatores. Qui iam in graviora peccata, hoc est, flagitia & scelera ruunt: hi sane CHRISTI jugum perfringunt, & a se abi iciunt: pietatemque; quam ore professi sunt, factis suis abnegant. Quare tantæ contumeliæ in Deum, & conculcati filii Dei veniam consequi non possunt, nisi impietatis suæ atrocitatem serio agnoscant, & deplorent, viva & efficaci pænitentia compuncti.

Atqui[237] ubi viget vera animi de tanto lapsu pænitentia, non potest illa se non statim prodere suis fructibus: hoc est, amara peccatorum deploratione, severa carnis humi latione, eiusque cum morbis &

---

231 Cap. 34.

232 Act.20.

233 3. Cap.

234 Quam grato animo curatorum ecclesiæ admonitiones, & reprehensiones suscipiendæ sint.

235 Cap. 13., Thess. 5.

236 Disciplinæ pænitentiæ.

237 Quibus fructibus pænitentiæ de monstranda sit.

cupiditatibus suis crucifixione. Ad quod, non solummodo deliciarum omnium carnis abdicatio, verum etiam justa ieiunia adhibenda sunt, & preces ardentissimæ, uti docet Spiritus sanctus gravissimis præceptis, Ioelis 1 & 2 capite.

Quare[238] huiusmodi pænitentes debent sacros cætus assidue frequentare, vt verbo Dei, cum lapsus eorum pænitentia exacuatur, tum studium orandæ veniæ inflammetur: quo non solum ipsi Deum pro venia suis precibus & assiduis & flagrantibus efflagitent, verum etiam ab Ecclesia & singulis fratribus, idem vt faciant pro ipsis, sollicite contendant.

Denique[239]; necesse est, vt se bonis operibus omne genus totos impendant, præstentque; se in omni rerum præsentium usu quam temperantissimos & sanctissimos: in serendis rebus adversis summe tolerantes & sortes, in juvandis proximis & demerendis cum rebus tum opera benignissimos & studiosissimos. Etenim diligere Deum ex toto corde, efficit, vt summe quoque; doleat omnis offensa Dei. Iam Spiritus S. vt in cæteris suis donis ac operibus, ita & in pænitentia est sui similis, eademque; efficit in suis omnibus.

Iam constat hos, quos enumeravi fructus pænitentiæ, copiose tulisse eos, quorum in Scripturis pænitentia in exemplum nobis proponitur: vt Davidem, Ninivitas, Manassem, Petrum, Paulum, & similes[240]. Adeoque; necessario hi fructus ab omnium animis, qui viva peccatorum pænitentia vere & salubriter compuncti sunt, proferuntur (uti ex omni quoque; vera pænitentia propter offensos homines satis licet cognoscere) vt dubitari non possit, qui tales dignos pænitentiæ fructus, cum divinam Majestatem gravioribus peccatis offenderunt, non exhibent, eos scelerum suorum immanitatem nondum agnoscere, eoque; nec viva eorum compungi pænitentia. Quocirca serpentes potius, & viperæ (vt D. Joannes tales appellavit) habendi sunt, quam discipuli CHRISTI, & regni eius participes.

Proinde[241], in munere est fidelium curatorum, & Seniorum in Ecclesiis, non solum ad veram animi pænitentium de peccatis adhortari: verum etiam ad agendum eam, atque; suis fructibus demonstrandam, CHRISTI authoritate ligare: nec eo vinculo solvere, donec illi Ecclesiæ, de vera sua pænitentia, & ad

obedientiam CHRISTI conversione, fidem fecerint, per dignos illos pænitentiæ fructus. Satis enim habere, vt verbo quis tantum pænitentium peccatorum profiteatur, dicatque; se dolere de peccatis suis, & velle vitam suam emendare, non adjunctis necessariis illis, quæ commemoravimus, pænitentiæ signis, & operibus, sacerdotum est Antichristi, non CHRISTI.

De[242] hac disciplinæ pænitentia lis non tam severitate, quam necessitate & salubritate, utinam diligenter legantur & ponderentur, quæ D. Cyprianus martyr in plerisque; Epistolis suis, & præcipuæ in sermone de Lapsis, scripsit, atque; evidentibus Scripturarum testimoniis demonstravit.

Meminit præterea D. Cyprianus in sermone de Lapsis, nonnullos suo tempore, & occulta animi sui peccata, apud sacerdotes Dei dolenter & simpliciter esse confessos, exomologesine conscientiæ fecisse, animi sui pondus exposuisse: salutarem medelam, pænitentiæ scilicet agendæ, parvis licet ac modicus vulneribus, exquisivisse. Hosque; laudat Sanctus martyr, de side majore, & timore meliore.

Talium conscientiarum exemplo, secreta illa peccatorum confessio sensim in Ecclesiis est recepta: impie autem postea per pseudoepiscopos exacta, etiam ab invitis. Mandatum enim Domini de

---

238 Sacrorum cætum frequentatio.

239 Studium bonorum operum in pænitentibus.

240 2. Par. 35., Ionæ 3., 2.Sam.32., Matth.26., Act.9., 2.Cor.2,7,12.

241 De ligandis ad agendam pænitentiam iis, qui in gravi oræ peccata prolapsi sunt.

242 Cyprianus de disciplinæ. Epist.3.lib.1., Epist.14,16.lib.3. Actæ pænitentiæ de cognatis modo peccatis.

ea nullum extat, vt extat de exigenda & demonstranda actione pænitentiæ ab iis, qui in graviora & Ecclesiis manifesta peccata deciderint. Nec certe unusquisque; talem secretam confessionem salutariter fecerit.[243] Res est singularium conscientiarum, nec etiam sine periculo apud quem vis ministrum. Iis enim solis conscientiis salutari remedio hæc confessio esse queat, qui opus habent privata vel Institutione, vel consolatione, atque; ultro ista a ministris CHRISTI petunt. Et apud eos modo Ecclesiarum curatores salutariter potest fieri, qui CHRISTI spiritu sic pollent, vt queant rudiores in side, hac occasione melius catechizare, minusque; pænitentia pecca torum suorum compunctos ad solide agnoscendum peccata sua erudire, atque; justum in illis propter peccata dolorem excitare, aut nimium dejectos propter peccata animos in spem divinæ misericordiæ erigere, & efficacia evitandi peccata remedia monstrare atque; exhibere. Qua vero severitate, & ea meliori populi CHRISTI parte approbata, omni Ecclesiæ consortio ii sint exterminandi, & habendi pro Ethnicis & publicanis, qui cum graviora admiserunt peccata, agere pænitentium ea quam Dominus tradidit ratione detrectant, dictum est supra. Qua de re legantur diligenter, & religiose ponderentur, quæ præcepit Dominus, & Spiritus S. Matthæum.18.1.Corinthios 5. & 2.Corinthios atque; 2.Thessalonicenses 3.capite.

Si vero, inquit Rex & salvator noster, *nec Ecclesiam audierit, sit tibi vt ethnicus & publicanus*, qui homines tunc populo Dei alieni habebantur ab omni cum religionis, tum reliquæ vitæ consortio. Unde Dominum Pharisæi reprehendebant, quod cibum cum publicanis caperet.[244]

Debet[245] & illud nos ad istam pænitentiæ disciplinam revocandam admodum facere sollicitos, quod Dominus Hic subjecit, usus sua solita asseveratione: *Amen dico vobis, quæcunque; ligaveritis super terram, erunt ligata in cælis: & quæcunque solveritis super terram, erunt solutæ,in cælo,* Ex his enim Domini verbis discimus, cælestia hæc esse contra peccata remedia, ligare ad agendam pænitentium in graviora peccata lapsos: atque; eo solvere vinculo, qui peccatorum suorum pænitentium dignis fructibus declaraverint. Iam ullo salutis remedio, quod servator tradidit, & adhibere præcepit, idque; tam diserte, tamque; graviter eos destituere, quorum salus nostræ est fidei ac curæ commissa: quantum id quæso scelus est? quanta obsecro est & in Deum & in populum eius impietas?

Quam gravi vero atque; acri reprehensione excitavit Spiritus sanctus ad hanc pænitentiæ disciplinam Corinthios, cum illis, dissimulato inter eos incesto

[Liber 1 chapter 9 page 44]

homine, scribi per apostolum Paulum fecit: Et vos inflati estis, & non magi luxistis, vt tolleretur ē vobis, qui hoc opus fecit?[246] Hæc observemus, & pie ponderemus verba Spiritus sancti. Inflatos fuisse Corinthios criminatur: hoc est, sibi plus justo placuisse, & sua mala non agnovisse, quod non tota Ecclesia luctum, id est, ieiunium, & publicam iræ divinæ deprecationem propter hoc flagitium instituisset, incestumque; illum suo consortio ejecisset: eo quod ira Dei jure in totum Ecclesiæ corpus accenditur, cum vel unius membri vitium vel interitus dissimulatur. Perpendantur exempla Achan & Benjamitarum.[247]

Observemus & illud hoc loco, Spiritum sanctum voluisse totam Ecclesiam cogi, cum spiritu Pauli: atque ita non solum communi omnium sententia flagitiosum illum hominem excommunicari, verum etiam eius dem Apostoli ministerio tradi Satanæ, ad interitum carnis, vt spiritus eius salvus fieret

---

243 Quibus facere secretam confessionem, & apud quos, salutare.

244 Ioan.4., Matth.9., Luc.15,19.

245 Quantum scelus, ista salutis remedia, ligare adigendam pænitentiam, & solvere qui pænitentiæ peregerunt, negligere.

246 Ecclesiæ totæ vel unius peccatum debent publice lugere.

247 Iehos.7., Judic.20.

in die Domini nostri IESV CHRISTI.[248] Qua sane traditione, & per Satanam illata carnis castigatione, atque; adfictione, qualis illa suerit, incestus ille in eam impulsus est flagitii sui pænitentium, vt periculum esset, ne nimis vehementi animi ægritudine absorberetur. Quocirca D. Paulus, ex Dei spiritu Corinthios non minus graviter est adhortatus, vt illum, peracta iam satis & demonstrata animi sui de peccato suo pænitentia, in gratiam Domini & Ecclesiæ reciperent, agendæque pænitentiæ solverent vinculo: quam ante jusserat, non dum scilicet declarata pænitentia, communione Ecclesiæ excludi. eo profuit huic homini facta a pluribus ***ἐπιτιμια***[249], id est, animadversio, penæque illius inflictio, quod suerat cætu sanctorum eiectus. Ex his itaque clare cognoscitur, Ecclesias totas eorum se interitu obligare, quibus hoc salutis remedium, non, cum opus est, student adhibere summa gravitate & severitate.

Considerandum & illud est, quod Spiritus sanctus inter cætera dixit[250]: An nescitis, parum fermenti totam conspersionem fermentare? Expurgate ergo vetus fermentum, vt sitis nova conspersio, &c. His enim verbis docet Spiritus sanctus, totas Ecclesias contagione paucorum malorum, imo unius flagitiosi hominis, corrumpi, & perire. Satane enim si vel rimula una patefiat in Ecclesiam irrependum, luxata CHRISTI disciplina, justo Dei judicio permittitur plurima mala invehere: vt tot iam seculis factum, atque hodie fieri cernimus. Ob quam causam præcipit hic Spiritus sanctus, ne cibum quidem sumere cum palam flagitiosis, & malum e nobis tollere. Has itaque causas huius disciplinæ revocandæ, religiose intueamur: & valere apud nos, quod debent, sinamus: cum quod Spiritus sanctus eam tam severiter requirit, tum quod adeo salutarem esse docet, tam iis qui peccaverunt, quam Ecclesiis ipsis, universis CHRISTI populis.

Expendamus postremo & quod Spiritus sanctus per D. Paulum scripsit Thessalonicensibus[251], de vitandis fratribus viventibus ***ἀτάκτως***[252]: id est, suum locum in corpore Domini non obtinentibus, suamque non sequentibus vocationem, quo in commune aliquid adserant commodi: sed agunt ocia se, & curiose. tales enim fratres jubet Spiritus sanctus a cæteris omnibus fratribus de clinari, & vitari: idque affirmat eo proficere eius modi ocia sis & curiosis fratribus, vt pudescunt, atque pudes acti ad officium suum revocentur: maxime cum non vt inimici penitus abii ciuntur, verum monentur & corriguntur vt fratres.

Ex hoc ergo loco agnoscimus, & quanta nobis authoritate mandetur, hoc peccantibus fratribus adhibere remedium salutaris abs tentionis & declinationis: & quantum valere hoc ipsum Dominus velit ad fratrum vulnera sananda. Qui enim non sunt plane deplorati, his intolerabile adfert animi tormentum, fratrum & totius Ecclesiæ consortio excludi: & se ab omnibus, tanquam homines profanos, atque a CHRISTO Domino alienos, evitari. Multo itaque

[Liber 1 chapter 9 page 45]
efficacius fratres peccantes pænitentium permoventur, atque; ad officium reducuntur, hac adhibita cœrcitione quam aliis pœnis. Id quod & ex relicto naturæ lumine gentes agnoverunt, quæcunque; rem publicam suam vel tolerabiliter habuerunt constitutam: uti & potæ eorum, & historici testantur. Lace

---

248 Quantum prosit excommunicatio peccantibus 2.Cor.2.

249 ἐπιτιμία, [***ἐπιτιμια***] [honorary]

250 1.Cor.5.

251 2. Thess.3., Etiam inordinate viventes excommunicandi.

252 ἀτάκτως: [***ἀτάκτως***] [ataktos: disorderly]

dæmonii certe hoc remedio cives suos ad virtutis studium mirifice excitarunt, in eoque; studio conservarunt, dum agentes ignaviter ac vitiose nemo dignabatur contubernio, nemo communi corporis exercitio, nemo collusione nedum alia & graviore vitæ communicatione, uti de illis Xenophon testatur. Et hinc ergo perpendamus, quantam demus noxam cum fratribus peccantibus, tum Ecclesiis totis, dum eos fratres qui delictis præoccupantur, hac sanctæ severitatis medicina destituimus.

Hæc dicta sint de administranda disciplina pænitentiæ: quam qui non restitui per omnia, juxta CHRISTI præcepta, quæ commemoravimus, summo studio elaborant, hi expetere se CHRISTI regnum in veritate dicere non possunt. Qui itaque amant Dominum IESVM, & beatum eius regnum apud se vere cupiunt obtinere, hos necesse est, vt, quæ de summe salutari pænitentiæ disciplina attulimus, & ex ipsis Domini verbis probe cognoscant, atque in usum revocare maximopere studeant.

De restituendis Ecclesiarum cæremoniis: ac primum de sanctificatione templorum.

CAPVT X.

Nunc videamus, quomodo sit restituenda in Ecclesiis & disciplina cæremoniarum.[253] Sunt vero hæ necessariæ & omnium Christianorum communes cæremoniæ: sanctificatio locorum, in quibo. CHRISTI religiones publice administrentur: Sanctificatio temporum, quibus populus in Domino coeat, religionibusque; vacet: Certa ad ministratio verbi, sacramentorum, disciplinæ modificatio, sacræ oblationes, & harum distributio in pauperes.

Primum enim certa oportet habere Christianos loca, sacris cætibus, & traditis a CHRISTO Domino religionibus deputata: quæ nullis aliis usibus, nisi summa cogat necessitas, debent patere.[254] Quod Dominus nos admodum graviter docuit, cum templo eiecit, qui tamen non nisi hostiarum mercatum in eo instituerant, quo copiam facerent omnibus sacrificandi: & mercatum in eo instituerant, quo copiam facerent omnibus sacrificandi: & mensas nummulariorum, quibus peregrini item adjuvabantur ad faciendum sacrificia, & offerenda munera, in lege Dei partim mandata, partim commendata. Sed nec vas ullum patiebantur per templum deferri. Quamobrem prisce Ecclesiæ, templa semper clausa tenuerunt, quando nulla in eis publica religionis actio exhibebatur: nisi aliud postulasset aliqua Christiani populi necessitas.[255]

Quin etiam sacrum cleri ordinem Ostiariorum in hunc usum instituerunt, cujus Papistæ solum nomen, & impium ordinis ludibrium retinent. Horum enim munus erat, temporibus quibus sacra publice peragebantur, cavere, ne vel indignis sacro cætui admiscerent: neve quisquam aliquid non consentaneum religioni CHRISTI, in cætu sacro faceret. Hi post publice administratam evangelii doctrinam, priusquam sacra Domini cæna inciperet administrari, primum catechumenos, deinde & agentes pænitentium, jussos per Diaconum discedere templis educebant: eaque, dum mysteria peragerentur, claudebant. Hæc testata legimus, partim in adhortatione episcoporum ad Ostiarios, in eorum ordinatione: partim in Homiliis divi Chrysostomi, decima octava, & vigesima quarta in Matthæum: & decima octava in posteriorem ad Corinthios, & multas aliis locis; Quibus itaque curæ est, vt

253 De disciplinæ cæremoniarum. Cæremoniæ communes Christianorum.

254 Quam sanctæ servanda sint templa Christi, religionibus consecratæ. , Matth.21., Marc.11.

255 Templa quando claudendæ sunt. Munus ostiariorum.

[Liber 1 chapter 10 page 46] [Note: page number error. The page says 44. 46 is correct]
CHRISTI regnum & religio, apud se vere reparetur & vigeat: hos certe necesse est probe perpendere, ædes huiusmodi religiosis cætibus & sacris CHRISTI consecratas, vocari in Scripturis domus Dei, & domus orationis: atque hinc agnoscere, quam horrendam ii faciant divine Majestati contumeliam, qui templa Domini habent pro de ambulacris. locisque; tam profanis, vt in illis quævis impura & profana cum similibus suis garriant & pertractent: idque nonnunquam etiam cum sacra CHRISTI in templis administrantur. Quis autem, non dico Princeps, aut Rex, sed privatus etiam, serat, vt domi suæ, quicunque; velint, animi causa, & pro ipsorum libidine, coram se obambulent, & indigna se illic, & ingrata maxime colloquantur, & nugentur? Hæc certe tanta est divini numinis contemptio, vt ea vel sola pridem meriti simus omnino de terra exterminari, & quidem suppliciis gravissimis multari. Nam hæc tanta CHRISTI contumelia, publice tot iam seculis admittitur, ad eamque non connivent tantum principes & magistratus, Ecclesiarumque prælati: verum etiam exemplo suo eam plerumque; docent, ac confirmant.

Quocirca qui CHRISTI esse volunt, & non adnumerari iis, qui ei renunciant, (Nolumus hunc regnare super nos) hos sane necesse est, unum quemque pro sua vocatione & virili, eniti atque efficere, vt depulsa procul tanta Dei contumelia templa non patefiant ulli hominum negotio, sed sacris tantum religionibus: ubi scilicet non aliud, vt supra dixi, extrema hominum necessitas extorserit. Qui enim CHRISTI sunt, in his vivit CHRISTUS: & non dicit modo verbis, sed etiam re ipsa id demonstrat, Zelus domus tuæ exedit me. Eo itaque zelo, & per suos (ea tamen ratione, quæ cuiusque vocationi suerit consentanea) templis suis depellit, quicunque aliena illic agere negotia tentaverint: ac soli illa administrationi verbi sui, & sacramentorum, atque; sanctis precibus consecrat & adjecit.[256]

De sanctificandis cultui Dei certis temporibus.

CAPVT XI.

Altera[257] communis Christianorum cæremonia est, vt sicut certa loca, ita etiam definita tempora sacris CHRISTI religionibus sanctificent. Est quidem Dominus celebrandus a nobis, & invocandus omni tempore, sicut etiam in omni loco Dominationis eius: sed quoniam hoc, fidelium coacto cætu, & majore subinde religione faciendum est, visum est Domino, vt ad hanc rem haberent fideles eius quædam singulariter consecrata, sicut loca, ita & tempora.[258] Proinde, præter duo sacra, quæ veteri populo suo voluit exhiberi cotidie mane & vesperi, ad quæ, quibus tantum fecisset ocia, convenirent ad audiendum verbum eius, & ad faciendas preces: consecravit omni populo suo, ubicumque degeret, unum singulis septimanis diem, quo ipsius cultui singulariter vacaret: eumque; diem sibi sanctificare præcepti omnibus qui essent de populo suo, vel apud populum suum degerent, quam severissime. Eo enim die nullum voluit omnino fieri externum opus, nec ab homine, nec a jumento: sed convocari, congregarique; omnes suo populo quovis modo adjunctos in synagogas, ibique; audire præcepta sua, & preces ad se fundere, gratiasque; sibi pro suis beneficiis agere: atque; ita fidem verbi sui, & omnem

---

256 Christus depellit templis suis, & homines & negotia alienæ.

257 De certis temporibus Domino sanctificandis. Psalmi 34 & 103.

258 Num. 28.

pietatem instaurare. ubi vero arca foderis erat, ibi geminas eo die offerre sibi hostias mandavit.[259]

Hancque[260]; sabbati religionem sic sancire, vt excindi de populo suo, & lapidari eos jusserit, qui eam violassent. Et merito quidem: side enim in Deum vivimus hæc vero multa opus habet & assidua instauratione: propterea quod Satan, & caro nostra, debilitare illam numquam intermittunt. Cum iam Deus

[Liber 1 chapter 11 page 47]
noster singulari sua erga nos charitate, ē septem diebus unum duntaxat, instaurandæ fidei nostræ, atque; adeo vitæ æternæ, sanctificavit: eique diei, vt sacræ in eo administratæ religiones, ad promovendam salutem nostram essent efficaces, benedixit: deploratum sane is se contemptorem demonstrat, sicut salutis propriæ, ita tam admirandæ Dei nostri in nos beneficentiæ, eoque; omnino indignum qui in populo Dei vivat, quicunque; non studeat eum ipsum diem Domino Deo suo glorificando, & procurandæ saluti propriæ, sanctificare: maxime cum Deus nostris negotiis & operibus, quibus præsentem vitam ad gloriam ipsius sustentemus, sex dies concesserit.

Hæc sane scripta sunt ad doctrinam nostram.[261] Nam licet soluti simus omni Mosæ pædagogia: nec sabbatorum atque; cæterorum festorum, quæ ille populo veteri præcepit, religione ita teneamur, vt eosdem dies, menses, & tempora servare nos oporteat (eo scilicet pacto, quo veterum populum oportuit) at tamen cum, quæcunque; ad augendam fidem in CHRISTUM facere possunt, ea nos multo ardentiore, quam veteres, studio (vt quibus regnum CHRISTI amplius est revelatum) instituere apud nos, & usurpare debemus: certe & hoc nostri officii est, unum in septimana diem religionibus publice sanctificare. Videmus enim perpaucos ad cotidianos sacros conventus in templo convenire, vt primi illi Christiani convenire solebant. Alii enim necessitate quærendi victus impediuntur, alios abstinet neglectus religionis.[262] Quis itaque non videat, quam salutare sit CHRISTI plebibus, unum esse in septimana diem, ita sacris religionibus consecratum, vt in eo nihil aliud facere operis fas sit, quam in sacrum convenire cætum, ibique audire verbum Dei, preces ad Deum fundere, fidem confiteri, & gratias Deo agere, sacras oblationes facere, divina sacramenta percipere: atque ita singulari studio Deum glorificare, & fidem augere? Hæc enim sunt vera opera sacrarum seriarum.[263] Ea propter, ab pisis Apostolis Dominicus dies his est actionibus consecratus. Quod institutum priscæ Ecclesiæ religiosissime observarunt. Constantinus quoque Imperator illud gravissima authoritate sancivit, vt testis est Eusebius Cæsari ensis, oratione quarta de illius vita. Quem in eo & alii Imperatores secuti sunt, Theodosius, Valentinianus, Archadius, Leo, & Antoninus: a quibus severissimis prohibitum est penis, exhibere hoc die spectacula, aut voluptatibus dare operam: vt in eorum legibus videre licet, quæ habentur in Codice de seriis.

Quod autem primum septimanæ diem potius, quam septimum, quem sanctificandum Deus in lege præceperat, Apostoli & priscæ Ecclesiæ religiosis actioni. dicarunt, duæ causæ adferuntur. Una, quod eo testari voluerunt, Christianos Mose pædagogia non teneri. Altera, vt memoriam resurrectionis CHRISTI, quæ primo die septimanæ facta est, hoc pacto celebrarent.

Dominicis diebus adjecta postea sunt & alia quædam festa: vt festum Pascha, & Pentecostes: observatio Quadragesime festum Natalis Domini, Epiphaniorum: quin & memoriis martyrum dies certi

---

259 Exod.10., Deuter.5., Marci.1., Lucæ 13., Act. 17,18., Num.28.

260 Qui sabbati religionem violassent, eos lapidare oportebat. Exod.31 & 34.

261 Rom.15., Galat.4., Coloss.2.

262 Et nos unum in septimana diem consecrare religionibus debemus

263 Opera Sabbati. 1.Cor.16., Act.20,, Apoc.1., Dies Dominicus ab Apostolis crediturine locum sabbati esse substitutus.

passim in Ecclesiis deputati sunt: & singulis quoque; septimanis veteres, quarta & sexta septimanæ, conventus sacros & ieiunia celebrarunt.[264] Idem fecerunt, quoties singularis aliqua Ecclesiam vel premebat calamitas, vel recreabat Dei beneficentia: aut sollicitam tenebat institutum aliquod magni momenti. Eamque; cæremoniam vel pii Principes indicebant, vel Episcopi.

Quoniam autem in indicendo sacras serias, id unum spectandum sit, vt CHRISTI populus in religione melius instituatur, & ad omnem pietatem amplius inflammetur: diligenterque; cavere oporteat, ne qua detur hominibus occasio, faciendi in sabbatis Domini voluntatem suam: elaborandum iis cum primis erit, qui CHRISTI regnum cupiunt apud se restitutum, vt Dominici diei

[Liber 1 chapter 11 page 48]
religio solide revocentur, & obtineat.[265] Consentaneum tamen est nostræ pietati, & alias certas serias memoriis sanctificare præcipuorum operum Domini, quibus nostram perfecit redemptionem; vt diem incarnationis eius, Nativitatis, Epiphaniarum, Supplicii, Resurrectionis, Ascensionis, & Pentecostes.

Sed non tam curandum est, quam multæ sacræ seriæ instituantur: quam vt Domino, quæcunque suerint institute vere sanctificentur. Quantopere enim Dominus detestetur, nos in diebus suo nomini consecratis propriam facere voluntatem, & carnis sectari studia, admodum horrendis verbis testatus ipse est Isaiæ primo, & quinquagesimo octavo. Quo circa, quascunque observare serias quibusque Ecclesiis visum suerit, summopere advigilandum erit, vt domino illæ totæ sanctificentur: hoc est, vt non solum utilia corporis opera iis diebus intermittantur, sed multo magis evitentur opera carnis. Videmus enim, eo passim populum CHRISTI nomine insignitum, esse prolapsum, vt nullis diebus offendat Deum gravius, quam illis ipsis, qui Dei cultui sunt peculiariter mancipati. Quamobrem, qui principes, presbyteri, & seniores Ecclesiarum, imo quilibet etiam Christiani, quisque pro sua portione & vocatione, non summopere ad vigilaverint, vt quas Ecclesiæ serias sacris religionibus dicarint, Domino quoque ab omni populo solide sanctificentur: hi obligant profectio se omnibus illis peccatis, & Dei ostensis, quæ sacratis ipsis diebus a populo admittuntur.

De quadragesimæ, & aliis ieiuniis, delectumque ciborum.

CAPVT XII.

Quadragesimæ[266] observantiam sunt qui ab Apostolis institutam credant: sunt qui existiment postea introductam. Illud autem ex scriptis veterum manifestum est, eam observantiam non omnes Ecclesias pariter servasse: sed alias unum duntaxat diem ante Pascha, alias septem, alias plures, alias pauciores ieiunas se. Quas Ecclesias tamen altæ quæ Quadragesimam solidam observabant, ob id non condemnarunt: quum nec ex suis hominibus quemquam ad ieiunandum compulerunt, sed piis tantum exhortationibus in vitarunt.[267] Singulis quoque septimanis uno die, aliæ quinto aliæ septimo, ieiunium remiserunt. Cæteris quidem diebus ad nonam diei horam, hoc est, sub vesperam, verbum Die, &

---

264 Quæ Dominico dici sunt sacræ seriæ adjectæ a priscis ecclesiis.

265 Festæ operum Christi.

266 De observatione Quadragesimæ.

267 Chrys. Hom.11. in Genes. & D. Aug.ad Casulanum Epistol.s.6. Ad diei horam nonam sacræ Christi exhibebantur diebus ieiuniorum.

Sacramenta administrabant: post quæ sacra, ii qui ieiunabant, cibum primum sumebant. Interim tamen consolabantur S. Patres, & laudabant etiam eos, qui cum propter corporis imbecillitatem cibum antea sumerent, nihilominus ad sacrum cætum venirent, & verbum Dei audirent.

Antichristi[268] anum itaque es, ieiunium Christianis, tanquam ad salutem per se necessarium indicere. Dominus enim, & apostoli quanquam ieiunii cæremoniam magnopere commendarunt, liberam tamen eius observationem Christianis reliquerunt: sicut nec pie præstari ieiunium potest, nisi ultroneo spiritu suscipiatur. Attamen, cum ieiunia Dominus ipse, & Apostoli tantopere Ecclesiis commendarunt: de CHRISTI certe spiritu & regno gloriari ii non possunt, qui omnino nulla servant ieiunia. Qui igitur CHRISTI regnum apud se solide volunt restitutum, hos necesse est, vt ieiuniorum quoque religione repetant: ac vel aliquos dies per annum, & maxime, si aliqua Ecclesiam urge at calamitas: si qui in Ecclesia in graviora sint prolapsi flagitia, aut si grande aliquod negotium veniat Ecclesiis, ad Dei gloriam suscipiendum, populus in sacrum cætum cogatur, & ad veram de peccaris agendam pænitentium, precesque ad Deum fundendas, ex divinis Scripturis gravissime invitetur.[269] Quibus diebus, non ab illicitis modo, sed etiam a permissis carnis deliciis

omnibus, abstinendum est: necessarii tamen cibi & potus abstinentia ea cuiusque conscientiæ est libera permittenda. In quo populi cuiusque ingenium & mores probe observandi sunt, vt tot dies ieiunijs dicentur, quot sperari possit, pie iri observatum.[270] Semper enim in his rebus illud cavendum est maximopere, ne, quæ ad Dei cultum instituuntur cæremoniæ, ad Dei contumeliam convertantur: sicut sub Antichristis pastoribus suctum videmus, apud quos, tametsi Quadragesimæ, & aliorum ieiuniorum temporibus conciones plerumque & singulares preces exhibentur, atque ieiunia tanquam ad salutem necessaria indicuntur, tamen rarissimus reperitur, qui veram ieiunandi ratio nem vel norit: tam abest, vt ea apud illos observetur.

Legerunt[271] apud veteres, non nisi vespertinis sacris peractis, eos qui ieiunabant, cibum sumpsisse: hoc institutum vt sequi videantur, & cibum non ante vespertinas preces sumere, eas preces faciunt hora diei tertia, vel ad summum hora quarta, aut quinta. Quod quid aliud est, quam illudere Deo? Sicut & illud est, quod sacra omnia aliena populo lingua exhibent: & nec ipsis concionibus, ad veram, vivamque peccatorum pænitentium homines erudiunt. Istæ itaque abominationes, procul ab Ecclesiis CHRISTI profligandæ sunt, nec ullum earum vestigium relinquendum.

Quamobrem[272] admodum optandum, vt qui putant ē re publica esse, usu carnium certis diebus interdicere, quo reliquis temporibus carnium copia suppetat, & pisces commode possint distrahi, vt ad hoc deligerent alia tempora quam Quadragesimam: & dies alios, quam qui religiosis olim ieiunijs suerunt consecrati, & pridem per Antichristos impio ieiuniorum & abstinentiæ carnium prætextu, ad abominanda sunt Dei ludibria conversi.

Prisci sane sancti Ecclesiarum Patres, cum ex scripturis D. docti, unum diem per septimanam vellent religionibus singulariter consecrare, ob id non septimum, quem observabant Judæi: sed primum ad rem hanc deputarunt: ne viderentur aliquid cum Judæis congruere, qui sabbatismi Mosa ici necessitatem, & CHRISTI Ecclesiis laborabant imponere. Ita posteriores Patres, quanquam pium, non superstitiosum ieiunium, etiam Dominico die ieiunari probarent: tamen ne quid eo Manichæorum

---

268 Chrys. Homi.19. in Genef. Anti-Christianum, in dicere ieiunia tam quam ad salutem necessaria.

269 1.Cor.7., 2.Cor.6.

270 Ioelis 1 & 2., 1.Cor.7.

271 Quantam Deo faciunt contumeliam suis ieiunii Antichristi.

272 Qui civilibus de causis, certis diebus, usum carnis volunt interdicere, quos dies eligere debeant.

viderentur deferre amentiæ, ieiunare die Dominico, vt rem scandali, vetuerunt. Quanto iam magis nos deceat, defugere speciem omnem consensus cum Antichristis, vt in cæteris rebus, ita etiam in delectu ciborum, & dierum discrimine? porro etiamsi nullis certis diebus esu carnium interdicatur, posset & piscium usus & commoda distractio retineri, eo impellente non inopia tantum carnium, verum etiam vana hominum cupiditate, vt apud Turcas sit: & olim ab initio orbis apud omnes gentes factum est, cum permitteretur, vt quisque quo posset cibo, quolibet tempore uteretur. Præstaret multo carnium copiæ consulere, coercendo lautitiarum luxum, & insatiabilem quorundam reprimendo avaritiam, quam talibus interdictis: quibus nulli magis, quam pauperes CHRISTI premuntur. Sed quicquid de illis interdictis judicari conveniat, tamen indignum est, quæ externæ politiæ sunt, cum institutis & observationibus Ecclesiæ, & regni CHRISTI, ita commiscere: quo non paucis vetus superstitio confirmatur, & multis bonis admodum incommodatur.

[Liber 1 chapter 12 page 50]

De cæremoniarum moderatione.

CAPVT XIII.

Tertia[273] communis Christianorum cæremonia est, sacrarum sanctis CHRISTI cætibus actionum, vt administrationis verbi, Sacramentorum, & disciplinæ CHRISTI, precum & psalmorum, eius modi ratio & moderatio[274], vt ille cuique populo religiose, decenter & ordine, ad veramque fidei ædificationem exhibeantur, & administrentur. Qua in re Ecclesiis CHRISTI sua est permittenda libertas, quo una quæque eum præfiniat modum, & rationem sacrarum lectionum, interpretationum Scripturarum, Catechismi, administrationis Sacramentorum, precum & psalmorum: item publicæ peccantium reprehensionis, ad agendam pænitentium ligationis, atque eorum qui agendo pænitentium Ecclesiis satisfecerunt, reconciliationis, quam possit quælibet Ecclesia considere suis populis maxime eo conducturum, vt ex his actionibus ad veram vivamque pænitentium commoveantur, & in side Christi confirmentur, atque; provehantur.

Quæ tamen in eadem gente vel regno Ecclesiæ sunt, cum ibi hominum ingenia non tantopere varient, non pulchrum modo, verum ad augendam sacrorum Christi existimationem, plerisque admodum commodum est, vt quantam possint, in his rebus observent conformitatem.

De procurandis pauperibus & egenis.

CAPVT XIIII.

Quarta[275] communis omnium Ecclesiarum cæremonia est, & regni Christi propria, procuratio

---

273 De modo & ratione certæ actionum S. ministerii.

274 1.Cor.14.

275 Procuratio pauperum Christi. Deut.15.

pauperum & egenorum. Diserte enim vetuit Dominus, ne quem populus suus apud se patiatur egere. Quod ea religione prima Christi Ecclesia Hierosolymis observavit, vt ex collatis a fratribus eleemosynis, uni cuique; tribueret, quam tum cuique ad bene pieque vivendum opus esset: adeo, vt nemo omnino apud illos egens reperiretur.[276] Utque hæc pauperum curatio rectius perficeretur, præfecerunt ei Apostoli, Ecclesiæ totius suffragiis, adhibitis quoque precibus, & impositione manuum, viros septem, probatos omnium bonorum testimonio, & plenos Spiritu S. atque; sapientia.

Quam religionem Ecclesiæ usque ad invectam illis per Antichristos dissipationem, perquam sancte observarunt: & administros huius rei, quos etiam sacra ordinatione ad munus hoc initiaverunt, Ecclesiarum Diaconos vocaverunt. Hi quanquam adesse etiam presbyteris debebant, & ministrare in conservanda & exercenda Christi disciplina, sacramentorumque; administratione: tamen hoc præcipuum munus eorum erat, vt egenos Christi in Ecclesiis omnes haberent conscriptos, & cuiusque vitam & mores exploratos, atque ex communibus fidelium oblationibus cuique darent, quantum cuique; ad vitam recte & pie degendam sufficeret. Qui enim, cum possunt, quærere sua industria & laboribus vitæ necessaria detrectant, ii Ecclesia exterminandi sunt, Qui enim non laborat, non manducet, inquit Apostolus.[277]

Et hanc itaque cæremoniam, vt summa cura apud se revocent oportet ii omnes, qui Christi regnum suscipere solide student. Nam in iis qui facultates mundi habent, & vident fratres suos egere, clauserintque; illis viscera sua, dilectio Dei non manet: igitur nec Christi regnum.[278]

Iam qui Christum & Spiritum sanctum audiunt, hi student omnia recte

facta eo ordine & ratione instituere, & perficere, quam agnoscunt sibi a Domino & Spiritu S. esse præfinitam. Cum[279] itaque; manifestum sit, Deum graviter vetuisse, ne quem populus suus apud se pateretur mendicare: atque; instituisse, vt per certos & probatos in Ecclesia viros cura pauperum gereretur, fideliumque eleemosynæ singulis egentibus, pro vt quisque opus habeat, distribuerentur: indubitatum est, omnes eos precari illud sine mente, adveniat regnum tuum, qui non operam suam, pro omni virili sua & eo impendunt, vt illa ipsa ratio procurandi pauperes restituatur, quam Dominus ipse præcepit, & Spiritus sanctus in prima Ecclesia sua instituit.

Quo pacto caveri & illud possit, ne impia mendica bula eas, quæ CHRISTI egenis debentur, eleemosynas præripiant: & ne etiam eleemosynarum officium ambitio deturbet humanæ laudis & gratiæ. Quod malum quantopere sit avertendum, Dominus satis clare docuit, cum præcepit dare eleemosynas, vt sinistra manus nesciat quid dextra faciat. Hoc vero commodissime præstari queat, si quisque Dominico die in CHRISTI Gazophylacio, quantum ex Dei benignitate possit, in usum pauperum imponat.[280] Cum enim quisque; suam eleemosynam distribuere ipse vult, primum violatur institutum Spiritus sancti, & communio legitima sanctorum. Deinde sæpius indignis, quam dignis, debitæ minimis CHRISTI, atque adeo CHRISTO ipsi, eleemosynæ præbentur[281]: (nec enim potest unusquisque occurrentes sibi quosque de improviso pauperes cognoscere, & explorare) tum, qui eleemosynis minime digni sunt, ad emen dicandas eas, imo quasi ex torquendas, sunt longe

---

276 Act.2,4. Act.6.

277 3 Thess.3.

278 2.Ioan.3.

279 Quanto Studio pauperum procuratio in ecclesia revocanda sit.

280 Matth.6.

281 1.Cor.6.

instructiores iis, quibus solis illæ sunt dispensandæ. Præterea cum de sua quisque manu eleemosynas elargitur, gratiæ & laudis humanæ cupiditatem difficillime ex animo suo dis cluserit: quam inanem mercedem cum recipit ab hominibus, a Deo non est vt veram expectet & solidam. Denique cum sit compertum, eos qui voluntarie dedunt mendicitati, esse homines ad omne scelus projectos: quid faciunt aliud qui eos fovent, quam quod maxime noxias rei publicæ pestes sustentant & augent?

Quapropter, quicunque de re publica unquam sapienter scripserunt: tales non serendos in re publica censuerunt.[282] Qua de re etiam extat in Codice Justiniani lex Valentiniani, de Mendicantibus validis. Et prosecta pudendum & dolendum est, cum procuratio justa pauperum restituta iam sit in plerisque; regionibus, Antichristo etiam servientibus, cessare adhuc in illa revocanda eos, qui de recepto evangelio & CHRISTI regno gloriantur: quum non ignorent, quam sit hæc necessaria & salutaris religionis CHRISTI cæremonia. Hæ itaque, quas commemoravimus cæremoniæ, sunt regno CHRISTI propriæ, quas, quicunque non sollicite student, ita vt præcepit Dominus, apud se restituere: hi de se ipsis aperte testantur, quicquid de regno CHRISTI glorientur verbis, re ipsa tamen illud nec agnoscere vere, nec solide expetere.

Ex[283] his itaque; quæ Hic præmisimus, & divinarum Scripturarum, quas adduximus testimoniis, quicunque; ea religiose expenderint, facile intelligent quid sit regnum CHRISTI, & quæ res atque; observationes sint ei propriæ: ac ideo necessario revocandæ iis omnibus, (ab uno quoque; pro donis Domini, & vocatione sua) qui obtinere rursus apud se Christi regnum in veritate expetunt. Iam ergo dicendum nonnihil erit, quam sit salutare universo hominum genere, quam etiam ad salutem felicitatemque; cum præsentem tum suturam omnino necessarium, unum quemque; Christianum cura summa, & totis viribus, quas quisque a Domino acceperit, in hoc incumbere, etiamsi vita ipsi impendenda, sit, vt CHRISTI regnum ita plene recipiatur, quemadmodum recipiendum illud esse demonstravimus.

[Liber 1 chapter 14 page 52]

Quam sit omnibus hominibus salutare, restitui apud eos solide regnum CHRISTI: quamque ad salutem necessarium, vt quisque Christianorum, pro suo in CHRISTI corpore loco, & acceptis ab eo donis, hoc ipsum summa cura studeat, & elaboret.

CAPVT XV.

Videri possim Hic rem instituere supervacaneam, proponens demonstrare, quam salutare sit, regnum CHRISTI apud nos plane suscipi: & quam ad salutem cuiusque necessarium, vt unusquisque ad hanc rem conserat summa cura, & studio ardentissimo, quicquid omnino per Deum huc queat conferre. Nemo enim eorum, qui vel aliquatenus evangelio sunt tincti, vult videri hoc habere se incognitum, aut de eo dubitare. Dominus autem dixit, A fructibus eorum cognoscetis eos. cum itaque; passim adeo non cessetur tantum in restituendo solide regno CHRISTI: sed plurimi etiam ex doctis, & primariis evangelii professoribus plenam eius restitutionem omni studio remorentur: nec pauci pro carnali sua sapientia, id moliri, judicant esse republica noxium: res certe ipsa evincit & clamat, perpaucos adhuc esse, qui solidam regni CHRISTI restitutionem & susceptionem agnoscant vere salutarem, & ad

282 Non serendi medici.

283 Conclusio supra tractatorum.

omnem felicitatem necessariam.

Quocirca minime actum agitur, cum nos invicem monemus, vt ex æterno & immutabili Dei verbo, plane cognoscamus, quam sit salutare, CHRISTI renum totum suscipere: quamque; necessarium, vt ad restituendum illud solide unusquisque; totis incumbat viribus, quantascunque; a Domino acceperit.

Quot[284] enim videmus, etiam inter eos, qui se doctos ad regnum Dei, & animatos cum primis haberi volunt, quos prædicare evangelium regni huius omni creaturæ, & iis maxime, qui adhuc sunt in doctrina Christi rudiores, non vel pudeat, vel pigeat, etiamsi ipsorum fidei illi sint singulariter commendati, vt quorum metant temporalia? Imo quot reperias, qui licet manifesto & horrendo sacrilegio plurium parochiarum emolumenta absumant, tamenne uni quidem debitum impendere ministerium, vel per suos mercenarios, taceo per se ipsos, dignentur? Si enim hi in locis splendidis & frequentioribus, unam & alteram, vel paulo plures in anno conciones habuerint, existimant se suo munere præclare esse defunctos: reliquum omne tempus ocia, luxui, pompæ mundanæ impendunt.

Quid[285] dicemus eos de Christi regno intelligere, episcopos & proceres, qui huiusmodi Ecclesiarum spoliatoribus sacerdotia adhuc plura conserunt, ac profanis nonnunquam hominibus parochias addicunt, vt quæstum ex illis faciant: eosque parochiis præficiant, qui uti sunt ad munus hoc ineptissimi, ita minore ad illud se patiuntur conduci salario?[286] Ita, quid sentiant adhuc de Christi regno illi mundi sapientes, qui sacras evangelii conciones vellent ad pauciores evangelistas contrahi, imo plane prætermitti, propterea quod his (vt ipsi non vere dicunt) contentiones in plebibus, & turbæ excitentur? Malunt enim hi principem mundi, robustum illum & armatum, homines ad libidinem suam tenere captivos, quiete & tranquille: quam cum aliqua externa rerum perturbatione, vel perturbationis ullius periculo, sermone regni CHRISTI commoveri & exterminari: prædamque ei eripi electorum Dei, quos detinet vinculis perditionis constrictos. Atqui primum salutis nostræ opus esse novimus, an nunciationem evangelii ad omnem creaturam: in quod CHRISTUS Dominus ipse, Apostoli eius, & omnes veri Christiani, summo semper studio incubuerunt. Hoc tamen

[Liber 1 chapter 15 page 53]
sapientes isti non solum non salutare, sed etiam noxium rebus publica judicant. An non igitur eo de se ipsis clare testantur, quod nec CHRISTUM esse regem salutarem, nec regnum eius utile rebus publica censeant?

Vt vero claris Dominus & gravissimis verbis, disciplinam suam, cum vitæ universæ, tum agendæ pænitentiæ, tum etiam sacrarum cæremoniarum sancire? At, quam paucos tamen invenias, etiam inter eos qui primæ notæ inter Christianos habentur, qui disciplinam hanc unice salutarem restitui, non dico ex animo cupiant, sed utile etiam hoc conari existiment?[287] Esse nunc alia aiunt tempora, quam suerint, cum hæc vigeret disciplina in primis Ecclesiis: alios nunc esse homines: & verendum, ne disciplinæ huius restitutione Ecclesiæ magis perturbentur, quam ædificentur: pluresque ab evangelio homines absterreantur, quam adducantur. Denique esse metuendum, ne conatus iste tandem in novam evadat pseudoclerici, in CHRISTI populum tyrannidem.

An vero non & hi horrendæ se ignorationis de regni CHRISTI utilitate & veris commodis, suis ipsi verbis & consiliis manifeste evincunt? Ignorant enim, regnum CHRISTI regnum esse omnium seculorum, omniumque hominum qui sunt ad salutem electi. Ignorant, regem IESVM, id est,

---

284 Quam paucos non pudeat, vel pigeat Evangelium annunciare.

285 Sacrilegæ sacer doti orum collationes.

286 Sæpientis mundi, etiam noxiam judicant Evangelii prædicationem.

287 quam pauci Christi disciplinam recipere salutare esse agnoscant.

servatorem hominum, atque optimum suarum ovium Pastorem, nihil omnino instituisse ac præcepisse suis, quod non illis omni tempore & loco sit salutare, si ita, vt ipse instituit ac præcepit, usurpetur.

Quandoquidem[288] igitur videmus adhuc passim, etiam apud eos qui amare & expetere CHRISTI regnum videri volunt, tantam huius obtinere ignorationem, quam salutare sit CHRISTI regnum totum suscipere: quamque; etiam necessarium, vt illud plene apud nos restituatur, omnes omnibus viribus elaborare: certe admonere nos de hac re, non modo non est frustrandum, sed etiam in officio necessario omnium, qui vere CHRISTI sunt.

Oro itaque Deum, & Patrem Domini nostri IESV CHRISTI, vt velit electis suis dare ad veritatem cognoscere, animalem hominem, ea quæ regni CHRISTI sunt, percipere non posse: abscondique hæc a sapientibus mundi: disci autem & certo cognosci ex solis divinis Scripturis, per solidam in Christum fidem.[289] Hanc fidem ita suis omnibus dignetur Dominus augere, vt firmiter credant ipsum sic venisse in hunc mundum, servatorem filiorum Dei omnium, quibus suis existant seculis, & quacunque vel carnis premantur infirmitate, vel mundi improbitate divexentur: vt nihil omnino docuerit, nihil instituerit atque præceperit, quod non sit unice omnibus, qui quæ instituit & præcepit, vera side recipiunt & usurpant, salutare: atque ideo etiam, adeo necessario ab omnibus requirendum, & revocandum, vt qui id facere negligant, Christum ipsum, & regnum eius plane abii ciant. Quanta igitur datur religione, consideremus & ponderemus, quæ æternus Pater de filio suo, & ipse de se est testatus. His testimoniis tota mente inhæreamus: longe ab animo nostro propulsantes, quicquid contra ea vel suggerit carnis sapientia, vel objecerit depravata consuetudo, aut vitiatæ nostræ suaserint cupiditates.

Pater itaque de filio testatur, eum se unxisse regem super Zion, hoc est, populum electorum suorum[290]: & regem verum, qui nihil non ad æternam salutem suorum doceret, institueret, & præciperet. Quare vt ipsum in omnibus audiamus, præcepit. Ita per universam Scripturam suam testatur, per solum hunc Christum suum, regem nostrum, doctrinam nobis, & instituta præsentis & suturæ felicitatis esse allata: & omnino atque in æternum perituros qui illi non in omnibus auscultaverint.[291] Quod vel ex paucis illis locis, quos supra de Christi regno adduximus, abunde licet perspicere.

Probeque[292] & illud D. Joannis Baptistæ observandum nobis est. Qui credit

[Liber 1 chapter 15 page 54]
in filium habet vitam æternam: qui vero non auscultat filio, non videbit vitam, & ira Dei manet super eum.[293] At CHRISTO nemo credit, & auscultat vere, nisi qui habet persuasum ad veritatem, quæcunque ille docuit & præcepit, esse præcepta vitæ æternæ. Item, quod Dominus de se ipse testatur, se non missum a Patre, vt per se mundus condemnetur, sed vt servetur. Proinde, qui in eum credit, hunc non esse condemnandum: qui vero non credat, eum iam esse condemnatum, quia non credat in nomen unigeniti filii Dei. Certum autem est, eum (vt iam diximus) CHRISTO non credere, qui aliquod eius institutum & præceptum non agnoscit ad salutem & vitam æternam esse omnino & creditu & observatu

---

288 Admonitio de plene suscipiendo Christi regnum necessariæ.

289 1.Cor.1., Matth.11., 2.Tim.3. Quæ sunt regni Christi, ex solis divinis scripturis cognoscendæ.

290 Psalmi.2.

291 Matth.17.

292 Qui non omnia Christi præcepta student & servare ipsi, & servanda commendare omnibus, hi Christo Domino non credunt. Ion.3.

293 Ioan.3.

necessarium.[294] Iam inficiari nemo potest, si qui aliqua CHRISTI præcepta vel negligant ipsi, vel non pro omni virili sua operam dant vt ea recipiantur, & serventur apud omnes omnia: hos haudquaquam agnoscere ea quæ negligunt, aut negligi dissimulant CHRISTI præcepta, esse ad salutem & vitam beatam necessaria. Nec ergo credunt filio Dei, manetque; ira Dei super eos, & sunt iam condemnati ad gehennam.

Perpendamus & illud Domini[295]: Ego sum lux mundi: qui sectabitur me, non versabitur in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Qui itaque eum per omnia non studet sectari, & præcepta eius observare omnia, ille certe in tenebris hæret æternæ mortis.[296] Consideremus religiose & illud: fur non venit nisi vt furetur, mactet, & perdat. ego veni, vt vitam habeant oves meæ, abundantius habeant. Item illud: oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco illas, & sectantur me, & ego do eis vitam æternam: & non peribunt in æternum, nec de manu mea illas quisquam rapiet. Ex his enim quid consequitur aliud, quam eos vitam repudiare æternam, & ultro in exitium præcipitare sempiternum, malisque dæmonibus se prædam offerre, quicunque CHRISTI vocem non in omnibus audiunt, & hunc bonum pastorem suum non in omni vita sua sectantur.

Insonent præterea animis nostris perpetuo & illa Domini verba[297]: Qui diligit me, is servabit sermonem meum, & Pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui me non diligit, is nec sermones meos servabit.[298] At qui non diligit Dominum Deum, sit anathema, inquit Spiritus sanctus. Atque observandum hic, Dominum poscere, vt eius præcepta, non quæ cuique pro carnis nostræ sapientia servanda videntur nobis, sed omnia servare studeamus. Præcepit enim Apostolis suis, vt docerent baptizatos, servare quæcunque præcepisset. Evincunt itaque ipsi se, CHRISTUM Dominum non diligere: & Patris quoque atque filii dilectionem, & apud se mansionem omnino adspernari, eoque æterno se anathemati devovere: qui non toto corde sese omnibus CHRISTI præceptis servandis addixerint.[299] Est enim Rex noster, ille propheta, nobis post Mosen datus (vt D. Petrus testatur) quem audire necesse est in omnibus quæ nobis dixit. Nam anima, quæ id detrectaverit, ea exterminanda est de populo Dei.[300] Atque cum iam præceptis Domini datis per Mosen nefas suerit adjicere quicquam, vel detrahere, colereve Deum velle ratione quæ videretur bona hominibus, ab ipso autem præscripta non esset: quæ (malum) impietas, eos qui se CHRISTI esse jactant, sibi permittere, verbis ac præceptis eius filii cum adjicere, tum detrahere quæ libeat, aliamque quam ille tradidit, religionis eius confingere administrationem? Cogitemus igitur, si maledictum pronunciavit eum Deus, qui non mansisset in omnibus verbis Legis datæ per Mosen: quanto magis maledicto esse obnoxios oportet eos, qui non hæserint in verbis filii Dei omnibus? Et si pœnam non effugit, qui contempsisset Mosen, aut Prophetam alium in terra loquentem, sed absque misericordia duobus testibus convictus interficiebatur: quanto magis pœnas illi dabunt intolerandas, qui

[Liber 1 chapter 15 page 55]
aversantur scientes & volentes, eum qui loquitur nobis ē cælis, & cujus vox terram commovet?[301] Hi

294 In tenebris ambulant qui ullum Christi præceptum negligunt.

295 Ioan.8.

296 Ioan.10.

297 Ioan.14.

298 1.Cor.ult.

299 Act.3.

300 Deut.4. & 12.

301 Hebr.10. & 12.

enim tanto filii Dei contemptu jure dicuntur calcare eum pedibus, & sanguinem eius impurum ducere, per quem sanctificati sunt, & spiritum gratiæ afficere contumelia. Quicquid igitur nobis contra suggerat humana sapientia, quicquid pravæ nostræ suadent cupiditates, quicquid denique tyrannis exigat vitiosæ consuetudinis, respondeamus semper: Ad quem ibimus? ad quem nos convertemus? hic servator & Rex noster, verba habet vitæ æternæ.[302] Hic sallere nos non potest, nec quicquam nobis suis imponere legibus, quod non sit ad salutem nostram observatu necessarium. Jussit nos regnum suum in primis quærere, hoc est, vt ipse nos suo verbo & spiritu regat in omnibus: tum adjicienda nobis, quæcunque; nostro bono possumus expetere. Nisi igitur omnia regno eius post habeamus, & vt plene illud apud nos restituatur, summo studio satagamus, quisque; pro sua vocatione, & donis a Domino acceptis, & præsentibus & suturis bonis omnino destituemur, & in gehennam præterea abii ciemus.

Quis etenim S.M.T. regem agnosceret Anglis, si quælibet in hac insula urbs & quod vis oppidum, de Majestatis tuæ legibus, (eas modo amplecteretur) quæ ipsis viderentur (quod de legibus æternis filii Dei, hodie paucissimi non faciunt) & non omnibus eius & legibus & edictis parere omnes studerent? Tam plenam vero obedientiam quam hodie Ecclesia præstat regi Christo? Quem autem deceat pleniore imperio apud suos regnare, quam filium Dei, qui & nos finxit & refinxit: quique cum præsentem, tum æternam salutem suis imperio suo adfert? Plato[303] non vult permitti junioribus, imo ne universo quidem populo, vt de legibus disputent humanis, quæ a re publica semel sin receptæ etiam si ille agnoscat, leges quantumvis sapienter latas, non tamen posse complecti, quæ semper & omnibus prosint omnia, atque; ideo opus plerumque habere aliqua ***ἐπιεικεία*** (solisque hoc sapientissimis principibus & magistratibus vult concedi, vt leges ad civium salutem interpretentur & moderentur:) scilicet fas sit, nos misellos homunculos, omnis boni ex nobis penitus ignaros, moderari legibus filii Dei, easque; pro nostris cupiditatibus circumscribere, quæ nihil tamen præcipiunt quam quod sit omnibus & semper salui sicum?

Quin hoc igitur in primis studemus, vt quæ sunt CHRISTI regis nostri leges, quæ edicta, quæ instituta, probe & certo intelligamus, Deinde, vt indubitato agnoscamus, eum se in his omnibus IESVM nostrum, id est, æternum præstare servatorem. Postremo, vt servandis his, & opere implendis, toto nos corde, & nostra omnia impendamus: quicquid contra vel sentiat, vel faciat, cum principe & Deo suo mundus universus: & quamvis grave id videatur carni nostræ. Nec enim potest non esse verissimum, quod æterna dixit veritas: Tollite jugum meum super vos, & discite a me[304]: me vitæ vestræ magistrum audiet, (nam sum mansuetus, & humilis corde) sic invenietis requiem animabis vestris. legium enim meum bonum & utile est, & onus meum leve.

Ex his iam, & omnibus divinarum Scripturarum de CHRISTI regno testimoniis, facile intelligent quicunque verbo Dei fidem habent, quicquid omnino CHRISTUS Dominus nobis præcepit, & instituit, hoc certum & magnum ad salutem nostram momentum adferre, si ita, vt ipse præcepit & instituit, observetur: idque omnibus seculis, quicquid varient homines & tempora: nec quicquam nos eorum posse negligere & intermittere scientes & prudentes ulla de causa, quin eo CHIRSTVM ipsum, & omne eius regnum repudiemus & aspernemur.

Nec igitur & illud obscurum cuiquam esse poterit, qui divinas literas &

[Liber 1 chapter 15 page 56]
legerit, & credit divinas esse,nihil omnino in hac vita tam esse in officio omnium hominum, tamque ad

---

302 Iohan.6.

303 De Legibus primo. & in Polit. Leges humanas subditi totæ servare jure coguntur, & legibus Christi deligit sibi quisque; quod suis cupiditatibus videatur tolerabile.

304 Matth.11.

salutem omnium necessarium, quam unum quemque pro suo in Ecclesia Dei loco, & donis atque viribus, quantascunque a Domino quisque acceperit, etiam in rebus externis advigilare, dare operam, eniti, elaborare, vt regis nostri & servatoris CHRISTI præcepta & instituta omnibus hominibus, omnia plane innotescant, recipiantur cupide, & serventur religione summa.

Transeundum itaque iam nobis est ad tertiam scripti huius partem, vt quantum Dominus dederit, indicem, quibus S.M. tuam equidem credam poste solidam regni CHRISTI in suo regno restitutionem quam commodissime instituere, moliri, & si non ad optatum (nimis enim horrenda obtinet hodie apud homines tantum non ubique, regni CHRSITI, sicut ignoratio, ita & aversatio atque odium) ad tolerabilem tamen finem perducere.

LIBRI PRIMI DE REGNO CHRISTI FINIS

DE REGIO CHRISTI [In Latin]
BOOK II

[p. 116 in 'scripta anglicana' in Latin (p. 87 in the book, but page 116 in Adobe Reader)
(page 85 begins book 2)]

DE REGNO CHRISTI,

AD EDVARDVM SEXTVM ANGLIÆ REGEM,

D. MARTINI

EVCERI LIBER II.

Quibus viis & rationibus regnum CHRISTI possit & debeat restitui per pios reges.

CAPVT I.

Primum[305], haud dubito, Serenissime Rex M.T. ipsam videre hanc, quam requirimus, imo quam requirit salus omnium nostrum, regni CHRISTI restitutionem, ab Episcopis nullo modo esse expectandam: dum adeo pauci inter eos sunt, qui vim huius regni & propria munia plane ipsi cognoscant: ple rique autem eorum illud etiam quibus possunt & audent modis, vel oppugnent, vel disserant atque remorentur. Meminisse itaque S.M.T. necesse est, regiam sibi in hoc regno potestatem, a summo rege regum & Domino dominantium, EIS V. CHRISTO, esse commissam: omnemque animam suo imperio subjectam, etiam Episcoporum, & Cleri universi. Quocirca de horum munere & ministeriis rite instaurandis, hoc decet S.M.T. sollicitius advigilare, & studio ardentiore in hoc ipsum incubare, quo huius reparatio functionis, ad salutem omnium plus adfert momenti: & neglectus eius atque; dissipatio, Maius omnibus salutis creat periculum, & infert damnum.

Exempla itaque S.M. tuæ proponenda sunt, & summa religione imitanda, Davidis, Salomonis, Asæ, Hiskiæ, Josiæ, Nehemiæ, ac similium: quibus solida pietatis laudem, & probe administrati regni Scriptura attribuit. Hi vero, cum religio vera esset gravissime ipsorum temporibus collapsa, & sacerdotium perniciose corruptum, ipsi sibi religionis omnem procurationem & instaurationem jure &

305 Rom.13. Vt Rex sibi religionis instaurationem totam sumat, esse necessarium.

debito regii muneris sumpserant: cosque sibi ex sacerdotibus & prophetis, aliisque piis viris, ad hoc tam sanctum & arduum opus adjunxerant consiliarios & administros, quos deprehenderant Dei &

scientia & zelo plurimum pollere. Tum ante omnia, legem Dei populo exponi, explicarique maximo studio curaverunt. Deinde, vt fædus Domini rursus toto corde omnes reciperent, & in veritate sancirent legis obedientiam professi, persuaserunt. Atque tum demum, ordinem & ministeria sacerdotum atque Levitarum, cunctamque; religionis juxta legem Dei administrationem re concinnaverunt, & instauraverunt: ac ne quis eam rursus convelleret, vigilantissime caverunt.

De his piorum principum studiis & conatibus, ad restituendum suis populis regnum Dei, legantur & pie expendantur, quæ divinæ historiæ narrant de Davide, 2, Samuelis 6. & 1.Paralipomenon 13. 14. 15. 16. 23. & tribus sequentibus capitibus. De Salomone, 1. regum 8. & 2.Paralipomenon 5. 6. 7. De Asa, 2. Paralipomenon 15. Et de Iehiskia, 2. Regum 18. & 2.Paralipomenon 18 & 19. De Iosia, 2. Regum 22 & 23. 2.Paralipomenon. 24 & 25. De Nehemiæ, per totum eius librum.

In his itaque[306]; historiis & exemplis S.M.T. clare perspiciet,primum, in officio esse suo, vt sicut aliorum ordinum & munerum in suo regno, ita maxime sacerdotalis ordinis & muneris ipsa suscipiat instaurationem.

Quibus opus consiliariis ad regni CHRISTI restaurationem.

CAPVT II.

Deinde videbit, ad hanc rem in consilium ei esse adhibendos[307], non qui magnificis modo titulis, se Theologos & sacerdotes profitentur, horumque sanctissimorum munerum stipendia lauta invaserunt: sed quos ex fructibus ipsorum agnoverit, regni CHRISTI & cognitione & studio esse præ aliis præditos atque flagrantes. Sicut David consilium de instauranda religione primum cepit cum principibus millenariis, cum centurionibus & ducibus.[308] Nec enim potest quisquam ad reparandum CHRISTI regnum consilium & operam suam constanter conferre, qui non se iugo CHRISIT ipse quoque totum submiserit. Tales vero CHRISTUS Rex noster sibi regignit & format, ex quibus vult hominum ordinibus: nec ullis hanc beneficentiam suam alligat hominum generibus, multo minus inanibus titulis & larvis. Quo itaque pauciores sunt in omnibus ordinibus, qui CHRISTI regnum & solide habent cognitum & in veritate cupiunt restitutum: eo diligentiore cura quærendi & seligendi sunt, in quacunque illi hominum sorte & conditione inveniantur, qui S.M.T. hac in causa, & negotio regni CHRISTI plane suscipiendi, & ad omnes subditos eius revocandi, sint primo loco a consiliis. Qui corporis restitui valetudinem expetit, is certe medicos non adhibet sibi pro magnificis titulis & amplis opibus, quas artis medicinæ prætextu sibi cumulaverunt: sed quos cognoverit medendi & solida scientia, fidelique voluntate pollere. Sic nemo se ei libenter navi committat, quæ ab eo regatur, qui nomine tantum & opibus se gubernatorem jactet, peritiam autem navigandi nullam teneat, sed mavult quisque; cum eo navigare, qui tametsi obscuro sit nomine, & tenuibus facultatibus, ad rite tamen

306 Regi summa procurationem regni Christi competere.

307 Quibus opus sit Regi ad hoc negotium consiliariis.

308 Priori Paral.13.

gubernandum navem existat probe doctus & exercitatus. Quanto vero majore cura & studio, S.M. tuæ inquirendi sunt atque approbandi, quibus non corpora, sed summam credat religionis CHRISTI re con cinnanæ, qua æterna omnium salus continetur? Adsit ergo S.M.T. Rex noster CHRISTUS, vt summum de religione restituenda concilium eos sibi deligat consiliarios, qui & vim regni CHRISTI probe norint, & toto illud corde expetant obtinere, cum primis apud semet ipsos, tum etiam apud omnes alios: nihilque; in eo humani commodi vel gratiæ spectent, sed paratissimi sint extrema potius carnis incommoda subire, quam ullam præterire occasionem regnum

[Liber 2 chapter 2 page 58]
CHRISTI adserendi & propagandi. Ad hæc, spirituali quoque sint prudentia prædití, quo rem tantæ molis dextræ & commode instituant atque; conficiant. Plurimum quidem ad hoc institutum confert, si viri huiusmodi, etiam dignitate aliqua, authoritate & gratia apud populum excellant: tamen ante omnia necesse est, vt scientiam religionis solidam teneant, & zelo eius flagrent: tum ad revocandum illud & prolatandum, sint spirituali prudentia instructi.

Regnum CHRISTI non edictis tantum, sed piis suasionibus esse restituendum.

CAPVT III.

Præterea[309] considerabit S.M.T. in propositis exemplis & hoc, pios reges illos ac Principes, populos suos, vt regnum Christi rursus reciperent, non tam edictis compulisse, quam gravissimis & piis orationibus persuasisse. Quod & veteres sapientes principes, legumque; latores apud gentes, de legibus quas civibus suis serebat, studiose fecerunt.[310] Nec enim homines ullam in se legem recipiunt, & constanter servant, ac minime omnium divinam, nisi sint probe antea docti atque; persuasi, eam legem esse sibi salutarem.

Curabit itaque S.M.T. rationem omnem religionis CHRISTI, plene solideque restituendæ, cum in doctrina, tum in ritibus & disciplina, in summo illo suo & secretiore religionis concilio, diligenter ac clare constitutam atque; descriptam, suadere diligentissime atque religiosissime, cum per se, tum per eos, quos esse rei huius facultate aliqua a Domino donatos conspexerit: primum magno regni concilio, quod Par lamentum vocant, deinde etiam universo regni populo. Quem cum non possit (vt David, Asa, Hiskiah, Josiah, & similes fecerunt) in unum aliquem locum cogere: danda S.M. tuæ opera erit, vt id fiat variis in locis regni, in quæcunque justa aliqua multitudo poterit convenire.

Probatos evangelistas, præscripta eis certa evangelizandi ratione, in omnes regni partes esse amandandos.

CAPVT IIII.

309 Christi religionem suadendam esse hominibus non ex imperio imponendam.

310 Ci.2.de Legibus.

Porro[311] cum tanta teneat passim omnes regni CHRISTI ignoratio, vt vis eius, & quam salutare sit hominibus, quodque extra illud nihil non noxium sit & exitiale, haud possit una aut altera oratione, quantumvis accurata & diligenti explicari, doceri, & suaderi: emittendi prius erunt ad omnes regni Ecclesias probe docti ad regnum Dei & animati Evangelistæ, qui populis ubique; evangelium regni summo studio & justo tempore assidue an nuncient: ex eoque; quæcunque; regni Christi sunt, quamque; ea cum creditu tum observatu, sint ad præsentem & suturam felicitatem necessaria, studiosissime & confirmatissimæ edoceant.

In his vero deligendis summa erit cura adhibenda[312], vt non mittantur, nisi quos ex omni vita eorum, verisque pietatis, fructibus, constet, nihil omnino sui, in hoc munere, sed tantum quæ intersunt ad CHRISTI gloriam, & Ecclesiarum reparationem, spectare & quærere. Haudquaquam igitur satis suerit, audivisse unam & alteram ab his concionem probatam: sicut minime quoque ex eo quisquam idoneus ad hoc munus poterit judicari, quod in concio nando dexter & idoneus appareat. In omnem horum vitam, mores & studia, accuratissime est inquirendum & explorandum, quam confirmatam habeant regni CHRISTI revocandi cum facultatem, tum voluntatem. In quo

Canon ille Spiritus sancti, quem in Epistolis ad Timotheum & Titum hac ipsa de re, quales sint ministri Ecclesiis præficiendi, prodidit, quam religiosissime debet considerari, & ad eum omnia in iis exigi, qui ad prima religionis fundamenta jacienda, ad Ecclesias erunt amandandi. Idque eo in his severius & exactius curandum est, quo eos qui evangelii prædicatione fundare Ecclesias debent, necesse est & scientia, & zelo regni CHRISTI, longe præstare illis, quorum partes sunt collocato iam fundamento superædificare. Horum itaque; examinatio committi debet viris longe sanctissimis, & mysteriorum regni CHRISTI cum scientissimis tum tenacissimis.

Nec inutile erit, his examinatoribus, justam ex præceptis Spiritus sancti Canonicæ examinationis formulam præscribere[313], quam in singulorum examinatione jurati sequantur, ne Ecclesiis eos ad sanctissimum hoc munus obtrudunt, quos non satis deprehenderint donatos esse a Domino, confirmata regni eius restituendi cum facultate tum voluntate.

Quæ[314] CHRISTI dona, certe eo nemo satis exploraverit, si quem semel atque iterum audiat de CHRISTI dogmatis commode respondentem, atque fidem bonam in ministerio præstandam promittentem. Ex anteacta vita, vt dixi, verisque; pietatis fructibus, de quibus gravissima extent piorum hominum atque Ecclesiarum testimonia, apud quas ali quamdiu quis vixit, vel etiam ministravit, statuendum est, quantam cuique Dominus ad instaurandum regnum suum facultatem, & quæ dona contulerit, quanto etiam quemque ad hoc ipsum studio atque zelo inflammaverit. Etenim qui hanc summam diligentiam atque severitatem, in explorandis probandisque evangelii præconibus, quam Spiritus sanctus tam multis & tam sancte præcepit, neglexerit: ii prosecta, quod adipsos attinet, CHRISTUM regem habent ludibrio, & salutem electorum eius impie produnt.

Quo vero magis consentiens & concors sit forum evangelistarum prædicatio, religionisque vera fundamenta pari ab eis ratione ponantur, admodum proderit, præscribere illis, claris disertisque verbis, summam præcipuorum Christi dogmatum, & eorum maxime, quæ sint hoc seculo controversiarum etiam de ratione divinas Scripturas in Ecclesiis recitandi & explicandi, deque Catechismo, & privatis

---

311 Iodonei Evangelistæ ad omnes ecclesiæ regni mittendi.

312 De Evangelistarum veræ examinatione & probatione.

313 Formulæ Canonicæ examinationis præscribendæ.

314 Evangelistarum examinatio quæ diligenter facienda.

admonitionibus. item de vero sacramentorum usu, atque universa Ecclesiæ communione & disciplina, cum vitæ & morum, tum pænitentiæ, tum reliquarum cæremoniarum, uti supra hæc paucis delineavimus.

Regnum CHRISTI piis potius suasionibus & evangelii accurata prædicatione, quam edictis, restituendum esse.

CAPVT V.

Quod[315] vero istam, Serenissime Rex, ad restituendum CHRISTI regnum, non tam utilem quam necessariam populorum, quos tuæ pietati pascendos credidit Altissimus, præparationem, judicem faciendam, primum per commemoratam Evangelii prædicationem: deinde etiam per S.M.T. atque eorum quos apud se habuerit ad rem hanc maxime idoneos, suasionem, hæ me causæ movent. primum enim videmus, hac ipsa via & ratione pios olim reges & Principes regni CHRISTI, ex instinctu Spiritus sancti, regni Dei apud suos restitutionem esse pie molitos, ac feliciter etiam obtinuisse: & CHRISTUM ipsum regem nostrum, eadem via & ratione esse usum constat. Ante omnia enim amandavit Apostolos, vt evangelium regni sui omnibus gentibus annunciarent.

[Liber 2 chapter 4 page 60]

Est[316] quidem in piorum regum & Principum officio, vt renovato fodere Domini & receptis iam Dei legibus, neminem suorum patiantur fœdus hoc palam violare, & has leges transgredi: qua de re & supra nonnihil commemoravi: nihilominus, cum nemo possit verus esse regni CHRISTI civis, nisi volens: & debeant Christiani omnes, etiam Principes, quantum illis Dominus contulerit, operam dare, vt voluntarios regno CHRISTI adducant cives, potius quam ad illud adigant hypocritas invitos: ex his facile quivis intelligit, quam deceat religiosos Principes, regni CHRISTI apud suos reparationem moliri, in primis clara atque sedula evangelii prædicatione, tum sanctis & accuratis suasionibus & per se ipsos, & per eos, quorum suerit quam sanctissima atque; gravissima apud populos regni authoritas.

At[317] quia & gladii potestate (vt cunctis, quas a Domino acceperint, viribus) sancti Principes regnum CHRISTI adserere debent, ac propagare: & istud est in eorum officio, non tolerare quemquam sanæ evangelii doctrinæ palam adversari & conviciari. Quantumvis enim oppressa pridem jacuerit passim omnis CHRISTI cum doctrina tum disciplina & nimium alte hominum animis, quæ tot iam seculis obtinuerunt superstitiones, insideant: tamen cum baptizati omnes sint in regnum CHRISTI, non Antichristi: & vt doceantur servare quæcunque præcepit CHRISTUS, non quæ imponunt ementiti eius vicarii: ferri in re publica Christiana non debet, qui doceri se, quæ regni CHRISTI sunt, non sustineat: multo minus, qui ausit his obstrepere & conviciari.

Deinde[318] comperit satis S.M.T. quot & quantorum malorum causam dederit, quod non præmissa sufficienti doctrina, facto & edictis tantum populis tuis extorti sunt salsi cultus & impietatis erepta instrumenta, veræque religionis administratio ex imperio injuncta. Alii enim horrendam

---

315 Regni Christi restitutionem & pii olim Principes, & Rex ipse noster Christus, ab Evangelii prædicatione auspicati sunt.

316 Reparato Domini fodere, nemini connivendum est ut illud palam violet.

317 Quæ tenus et gladii potestas restituendo Evangelio deservire debeat.

propterea moverunt seditionem: alii periculosa excitarunt in rebus publica dissidia: & hodie ubi valent, vel excitant, vel excitata retinent atque augent. Alii præscriptam sacrorum formam in papisticum abusum omnino convertunt: cum sacrificuli, CHRISTI sacra, quanquam lingua vernacula, sic tamen, data opera indistincte & implicate recitant, vt intelligi non possint: & plebes intellige re illa, auscultare eis omnino detrectant.

Nec pauci sacrificulum sacram CHRISTI communionem exhibent pro Missa papisitica, nec plebes alia his mente adsunt. Unde plerisque in locis, sicut olim Missas, ita ternas in die celebrant communiones: easque nominibus divorum & matris Domini insigniunt, vocantes Missam D. Nicolai, D. Virginis, vel aliorum divorum: nec Sacramenta de mensa Domini quisquam sere sumit, præter sacrificulum unum, vel æditūum, eumque invitum. Istis autem religionis CHRISTI tam horrendis ludibriis, ira Dei gravissime provocatur.

Cum itaque tam clare doceamur regis & servatoris nostri IESV CHRISIT & præcepto & exemplo, tum exemplis omnium piorum Principum, quorum Dominus ministerio vel ad offerendum hominibus regnum suum, vel ad restituendum unquam est usus, oportere in revocando regno eius hominibus ante omnia regni huius mysteria quam diligentissime exponere atque explicare: & ad suscipiendum jugum CHRISTI, sanctis eos suasionibus cohortari: agnoscet S.M.T. hoc in ipso omnem cogitationem sibi & curam esse ponendam: nec audiendos, qui CHRISTI religionem edictis & legibus tantum volunt obtrudi hominibus: satisque esse ducunt, si sacra CHRISTI populis, quovis modo recitentur. Valde enim verendum, ne hos spiritus agitet adversarius, qui religionis CHRISIT administrationem conatur revocare ad homines, qui sicut ad eam sunt ineptissimi, ita minimo conduci se patiuntur: atque

[Liber 2 chapter 5 page 61]
ita cupidis hominibus viam patefacere, sicut invadendi opes & facultates Ecclesiasticas, ita sensim religionem CHRISTI penitus abolendi. Nam Ecclesiarum facultatibus sublatis, sperat ille spiritus, defuturos qui velint se vera ratione, & ex animo, ad sacra obeunda Ecclesiæ ministeria vel præparare, vel ac commodare. Novit enim, & tot seculis expertus est, CHRISTI religionem, prodito sacro Ecclesiæ ministerio ineptis & insidis ministris, in populis omni no concidere.

Unde petendi idonei evangelistæ: et de reformatione Academiarum.

CAPVT VI.

Sed causabuntur nonnulli, non posse tales evangelii præcones, quales requirimus, eo reperiri numero, qui sufficiat, vt evangelium CHRISTI omnibus in hoc regno populis rite ad nuncietur & explicetur. Quibus respondendum est, haud esse mirum, paucos huiusmodi hactenus esse inventos: cum nemo illos, vt oportebat, requisierit. Quantum ego, quanquam peregrinus in hoc regno, & qui cum gravibus morbis majore tempore quo in hoc regno sui, conflictor, rescire potui, non dubito, multo certe plures idoneos ad istud evangelizandi munus viros posse, si diligenter quærantur, reperiri, quam nunc a multis credatur.

Fatendum tamen est, non tantum extare horum numerum, quantum populorum CHRISTI in hoc

318 Quæ incommoda consequuntur sint, quod facto & edictis modo non præmissa doctrina, Antichristi sublatæ sunt superstitiones.

regno, tam ingens multitudo requirit, quantusque merito existere debebat: si consideres, quam benigna Dominus huic regno, præ omnibus quæ reliqua sunt in Christiano orbe, per pios reges, & alios Principes viros & feminas, de summis commoditatibus prospexit, idoneos evangelii prædicatores parandi, & cottidie ad opus evangelii extrudendi. Tam enim ditia, & bonis legibus instituta Collegia[319], cujusmodi in utraque regni Academia tam multa extant, nullæ habent in reliqua Europa vel Academiæ, vel Ecclesiæ. In his Collegiis, si vt pia est constitutum, præter duos arti medicæ, & duos scientiæ juris civilis deputatos, cæteri omnes Theologiæ sinceræ ita studerent, vt docere etiam in Ecclesiis esse muneris sui existimarent: quanta subinde probatorum evangelistarum examina inde Ecclesiis provenirent? Sed Antichristi lues & hæc Collegia gravissima invasit, vt plerique in illis, instar improborum monachorum & pseudocanonicorum, bonis horum Collegiorum ocia fi abutantur, plana impio inibi ocia marcescentes & consenescentes: atque junioribus qui se veræ Theologiæ & Ecclesiarum ministeriis cupiunt mancipare, locum & facultatem præripientes. Qua plerique perversitate, quanquam Ecclesiis summa noxia, haud contenti, sanam etiam CHRISTI doctrinam, ubi possunt & audent, oppugnant: & ab ea juniorum animos non avocant modo, verum etiam absterrent.

Quo itaque[320]; minor est eorum numerus, quibus evangelizandi regnum CHRISTI munus recte possit committi: hoc S.M.T. & citius & severius justam & solidam utriusque Academiæ & Collegiorum in illis reformationem instituet, & perficiet: vt primum nemini in illis permittatur, sanæ CHRISTI doctrinæ palam adversari. Deinde, vt iis qui discendo tempora expleverunt & ad docendas CHRISTI Ecclesias sese non omni studio accommodant. Collegia quam primum liberentur: & locus in illis patefiat junioribus, qui parati sint, quæ ad CHRISTI regnum pertinent, sicut fideliter discere, ita etiam suo tempore CHRISTI Ecclesiis summo studio communicare.

Hic vero occurrunt præpostere misericordes quidam, qui Ecclesiæ Dei

[Liber 2 chapter 6 page 62]

hostibus, aut certe talibus, quos oportebat omni Ecclesiæ consortio & emolumentorum participatione plane excludere, plus compatiuntur, si eis juxta Domini præceptum, eripiatur facultas Ecclesias ob lædendi & fraudandi: quam Ecclesiis CHRISTI ipsis, quæ horum impietate suo fraudantur ministerio, atque ideo gravissime collabuntur. Hi indignum, inhumanumque esse clamitant, Collegiis deturbare, qui tam diu in illis sint versati: deserendum esse aliquid eorum ætati: & cogitandum, debere nos aliis facere, uti fieri velimus nobis.

Quibus[321] certe objectis isti demonstrant, se nondum didicisse, gloriæ CHRISTI & Ecclesiarum saluti omnia esse postponenda: tumque veram charitatem & misericordiam præstari proximis, cum juxta Dei præceptum, (ne in Deum & in Ecclesiam iniurii sint, si non queant alia ratione vocari) legitima & a Deo mandata coercitione abstineantur. Quid? nec certe (de qua non parum gloriantur hi) Dialecticam veram tenent. Quæ enim illa est consecutio: isti iam diu fraudarunt CHRISTI Ecclesiam, & quo minus idoneis gauderent ac necessariis ministris, obstiterunt, ocia & ventris sui causa: Ergo compatiendum est eis, & concedendum, vt diutius Ecclesias Dei tantis afficiant damnis?

Iam in his hominibus sensus communis apparet, cum ex eo quod Dominus præcepit, vt faciamus hominibus quæ velimus nobis fieri ab illis, colligunt: debere Christianos, quicquid malæ & improbe cupiant, concedi sibi. Quasi vero Dominus voluerit, quicquid homines quamvis impiis cupiditatibus expetant, eadem debere proximis præstare: & non potius voluerit, vt ea modo proximis concedamus & faciamus, quæ concedi fierique nobis optemus recta ratione, ex eius verbo deducta.

---

319 Nullæ in orbe Christiano vel Academiæ vel ecclesiæ tantas habent ad comparandos ecclesiarum ministros, commoditates, quantas Anglia. Quæ Antichristi lues utriusque; Academiæ collegia invaserit.

320 Quam necessaria Academiarum & collegiorum in his reformatio.

321 Contra quosdam præpostere misericordes in eos, qui Christi ecclesias gravissimis afficiunt damnis.

Si qui tamen ex collegiis, ætate vel morbo, quo minus Ecclesiis sua præstent officia, impediantur, cum Ecclesiæ neminem apud se egere pati debeant: sic huiusmodi habendi sunt, ne quid eis ad piæ beateque vivendum desit. At qui sani sint, validisque corporibus, ac etiam vel ex sacerdotiis, vel aliis rationibus, aut habent, aut facile sibi possunt parare, Unde Domino vivant[322]: in hos cur non valeret lex ipsa Dei, vt non manducent, qui non laborant: & sanctissima Collegiorum instituta, vt in his scilicet ii tantum locum habeant qui bonas artes & D. Scripturarum scientiam ideo discere ibi velint, quo sua Ecclesiis ministeria queant suo tempore præstare absolutiora, magis que salutaria?

Quamprimum itaque & summa severitate, Academiæ & earum Collegia, S.M.T. tuæ sunt ad suam propriam, & verbo Dei præceptam Institutionem, revocanda: atque sic eorum qui illa indigne occupant, indeque Ecclesiis graviter incommodant, habenda ratio est, & admittenda misericordia: vt his omnem amputet occasionem, tantis iniuriis Ecclesias Dei afficiendi: atque efficiat, vt Ecclesiis potius de idoneis ministris, quod ad æternam fidelium salutem adeo est necessarium, quam vt impio illorum sucorum ocia & ventri consulatur. Cicero, scriptor ethnicus[323], hanc primam legem in amicitia sancienda statuit, vt ab amicis honesta modo petamus & amicorum causa honesta tantum faciamus: resque turpes nec rogemus ab amicis, nec faciamus rogati. Et Socratici[324] agnoverunt, salutare remedium & magnum præstari beneficium iis qui peccarunt, si justæ ab illis pœnæ sumantur.

Admoneant nos horrendæ illæ pœnæ, sumptæ de sacerdote Eli, de rege Saul, atque; de populo universo Isrælis, propter impiam indulgentiam & præposteram misericordiam erga eos, in quos mandato Dei, solus vere misericors est & clemens, severitatem exercere debebant: ne cuiquam contra Dei præceptum & ad Ecclesiarum Dei perniciem, quicquam putemus esse

[Liber 2 chapter 6 page 63]
indulgendum, aut concedendum, In CHRISTI oves, quo a lupis conserventur, non in lupos, vt oves dissipent ac perdant, Christiana exhibenda est lenitas & misericordia.

Ingentia sane CHRISTI beneficia sunt, ista Collegia: ne ergo S.M.T. horrendæ se obliget in gratitudinis adversus Dei benignitatem & gravissimæ in Ecclesias CRHISTI sibi creditas iniuriæ, quam poterit mature, quantisque; licebit opibus & viribus, ea & CHRISTO Domino, & eius Ecclesiis vindicare & ad propriam ipsorum Institutionem revocare studebit & elaborabit.

Unde evangelistæ & pastores Ecclesiarum quærendi & alendi sint.

CAPVT VII.

Sed dicetur, etiamsi hodie Collegiorum omnium utriusque Academiæ quam plenissime esset perfecta reformatio, tamen non posse tam cito ex illis prodire, qui ad CHRISTI Evangelione prædicandum jure a mandentur. Hoc igitur diligentius per omne regnum erunt pervestigandi, qui ad hanc functionem a Domino iam sunt instructi. Quorum indubie haud contemnendus numerus, si bona side quærantur, reperietur.[325] Decebit quoque ex illis qui parochiis iam bene præsunt, easque; pridem

---

322 2.Thess.3.

323 In Lælio.

324 In Gorgiæ.

325 Et a parochiis bene institutis ad evangelizandum per regnum ad tempus mutuandi sunt.

recte instituerunt, aliquot ad istud evangelizandi munus ablegare: his, quo tempore a suis parochiis aberunt, suffectis, qui recens se Domino ad sacra ministeria consecrarunt.

Obii cietur vero hic alia difficultas: quis impensas his sit evangelistis suppeditaturis?[326] At quis facere hoc manifestiore jure debeat, quam qui emolumenta percipiunt parochiarum, quorum evangelistæ illi vices, prædicando CHRISITI Evangelione obibunt? Atque si satis non sint, quæ jure ab his ad istud tam necessarium opus exigantur, reliquum justissime poscetur ab Episcopis, quorum proprium munus est, non evangelistas modo Ecclesiis curæ eorum creditis, verum etiam perpetuos doctores atque pastores mittere & alere. His quoque munus istud, non onus, sustentandi eos qui in cuiusque discessi evangelium CHRISIT an nunciabunt, hoc etiam meliore jure imponetur, quod illorum factum est negligentia, vt CHRISTI Ecclesiæ legitimis ministris, & idoneis evangelii præconibus sint tam diu destitutæ, omnisque CHRISTI religio eo usque in plebibus obliterata & tantum non penitus extincta. Norunt quoque illi, se omnia secularia negotia debere rei icere in alios, eoque se profanis ministris non ita onerare: sed toti in hoc unum cum omnibus quos ad ministerium suum alunt incumbere, vt Ecclesiis cuiusque curæ commendatis, CHRISTI ministeria rite exhibeantur[327]: atque ideo eos tantum circum se habere ministros, qui se ministeriis & clericali disciplinæ addixerint.

Postquam vero plebibus CHRISTI regnum, locis opportunis, quo singulis festis diebus justa populi coierit multitudo (ad quod etiam S.M.T. authoritate omnes adigendi sunt) CHRISTI Evangelione suerit quam clarissime an nunciatum & explicatum quam latissime: quæque ad suscipiendum plene CHRISTI regum necessaria sunt, omnia dilucide exposita, atque commendata gravissime (ad quam rem justum quoque tempus adhibendum erit, ad minimum septem aut octo sesti dies, in quibus singulis binæ conciones habeantur) tum demum considendum erit de Dei bonitate, daturum eum S.M. tuæ, Ecclesiarum reformationem omnibus suis numeris & partibus expletam atque perfectam, non solum magno regni Concilio, sed cunctis etiam populis suis ita persuadere, vt eam sicut promptis animis, ita cum ubere quoque pietatis & fructu recipiant, & retineant.

[Liber 2 chapter 7 page 64]

Interea tamen danda erit opera, vt quoscunque; Dominus obtulerit, ad administrandas parochias rite instructos, statim parochiis præficiantur iis, quæ pastorali cura destituuntur: & cum mandato universam CHRISTI & doctrinam & disciplinam in parochiis illis, ad quas mittuntur, revocandi, juxta manifesta Domini præcepta & formulam illam, ex his per S.M.T. ac supremum eius in causis religionis Concilium descriptam, de qua supra mentionem feci.

Vt[328] vero his vitæ necessaria, quo ministerium suum Ecclesiis CHRISTI solidum præstent, suppeditentur, id ab illis requirendum erit, qui parochias, vt vocant, habet incorporatas, ad proprietas (vt loquuntur) vel alio quovis modo ita addictas, vt earum emolumenta ipsi recipiant. Nec enim credibile est, quin cenobiorum & parochiarum proventus, quos S.M. tuæ pater nonnullis addixit, omnino sint tam uberes, vt pastoribus inde justa stipendia, facillime & sine omni eorum qui proventus illos nunc obtinent gravamine, queant præberi. Ea vero stipendia per viros religiosos & gravissimos, quos S.M.T. ad hoc ipsum summa authoritate miserit, erunt modificanda & constituenda.

Atque[329] si ex huiusmodi proventibus, parochiis aliquibus non possit consuli: tum Episcopi & ditiores alii prælati appellandi erunt, vt de sua abundantia, parochiarum succurrant egestati. Abundat

---

326 Qui Evangelistis sumptus debebunt suppeditare.

327 Episcopi se nullis secularibus negotiis, sed tantum ecclesiis rite administrandis ad dicant.

328 Qui Evangelistis impensas dare debent.

329 Quod parochiis ad alendos pastores suos de suerit suppleant Episcopi.

autem illis, quicquid in sacrum Ecclesiarum ministerium & egenos non impenderint. Id ita sancitum esse & divino & Canonum jure non ignorant. Agnoscant igitur tandem gravissima suam culpam Episcopi, quod Ecclesias tam diu iam, tamque horrende, non tam neglexerunt, quam vastaverunt: cum non solum ipsi, suum illis munus episcopale in docendo & idoneos eis ministros præficiendo, non præstiterunt: verum etiam indignissimis hominibus & sæpe uni plures addixerunt: atque ista tanta data Ecclesiis damna studeant aliquando compensare, restitutis illis cum suo tum aliorum probis ministeriis.

Quomodo religionis plena restitutio suadenda sit, & sancienda

CAPVT VIII.

Ubi[330] vero Dominus dederit, vt post evangelii per omne regnum justam prædicationem, a magno quoque regni Concilio in plenam regni CHRISTI susceptionem suerit consensum: tum deligendi erunt & amandandi ad singulos comitatus viri, de quorum studio in CHRISTI regnum ex fructibus eorum constet, quique; gratia & authoritate in regno plurimum valeant: quo S.M.T. nomine, eandem Ecclesiarum reformationem quam diligentissime suadeant & commendent.

Quo facto, quia tum fædus Domini, summa regni authoritate receptum rursus & constitutum suerit, in officio erit S.M.T. fædus hoc sanctis legibus, ac justis in violantes illud animadversionibus sanciri & quam vigilantissime & constantissime tueri. Sancire itaque, imo revocare apud suos tum studebit, quas Deus omnipotens condidit leges, de tuenda & conservanda CHRISTI religione.[331]

Lex prima de catechizandis & Deo educandis liberis.

CAPVT IX.

Et primum[332], sicut omnes sacrosancto baptismate CHRISTI regno sunt mancipati & fædus salutis æternæ tum receperunt: ita dabit S.M.T. legem, quæ jubeat parentes, liberos suos, ad Christi fidem & obedientia summa cura educare & instituere: justa pena constituta iis, qui liberos suos vel salsa doctrina, vel vitiatis moribus, vel inficiant ipsi,

[Liber 2 chapter 9 page 65]
vel infici ab aliis patiantur. Deinde, vt ad Ecclesiæ eos Catechismum, cum per ætatem capaces huius suerint, studiose exhibeant. Nisi enim Ecclesiæ fundamentum in puerili statim ætate per CHRISTI catechismum solide ponatur, per ægre eius procedet exædificatio. Obligant quoque se impii plagii, qui quos baptismate CHRISTO Domino consecraverunt, non etiam summo elaborant studio ad CHRISTI

---

330 Recepta in magno regni concilio ecclesiarum reformatio, singulis tamen comitatio. Suadendæ, & commendanda erit.

331 Num.15., Deut.13 & 17.

332 Lex primæ de educandis, forma disque; Domino pueris ad religionem.

obsequia instituere atque formare. Nam istud negligentes, quod in ipsis est, suos liberos, quos Domino addixerunt, rursus rapiunt, produntque & mancipant Satanæ.

Lex secunda, de sanctificatione sacrarum seriarum.

CAPVT X.

Præterea[333] revocanda lex Dei exit, de vere sanctificandis diebus, religionibus singulariter consecratis: vt non solum impune nemini sit non necessaria corporis, per se tamen utilia opera illis diebus facere: sed multo minus sacris abesse cætibus & carnis opera his diebus admittere: vt, turpes facere questus, fratrum perturbare religionem exigendo debita & ad negotia profana impellendo.[334] Item solutioribus se ludis, intempestivis comessationibus & aliis vitiosis dedere voluptatibus.

Sunt quidem populis ludi honesti suis concedendi temporibus: sed cum Deus utilia corporis opera, diebus suo nomini sanctificatis tam severiter prohibuit: quanto gravius offenditur, cum dies illi ludicris & plerumque noxiis operibus profanantur?

Sex, in quit, diebus facies opus tuum, quod ad præsentem scilicet vitam conserat sustentandam, vel oblectandum etiam: septimus, quies Domini est, in eo nullum omnino opus facias: nullum sane, quod Dominus ipse in eo die fieri non præcepit[335]: quæ vero præcepte, ea sunt omnia summa religione sacris diebus peragenda. Præcepit autem Dominus, populum suum his diebus in suo nomine convenire, suum verbum audire, preces ad se fundere, gratias sibi pro acceptis beneficiis agere, sacramentis suis communicare, sanctas offer re oblationes, atque; ita pietatem omnem instaurare.

Cogitabit itaque S.M.T. neminem legislatorem posse æquari Deo[336], vel sapi entia, vel legum salubritate. Neminem etiam posse in delinquentes majore uti clementia, quæ vera quidem & salutaris clementia sit. Hic autem religionem sacrarum seriarum ita sancire, vt jusserit a toto lapidari populo qui eius sabbata violasset: quo tanto scilicet scelere se omnis populis exolveret & tantam factam Deo contumeliam singuli vindicarent. Cum enim quicquid sumus & habeamus, & quod vivimus[337], id omne gratuita Dei beneficentia perceperimus, atque percipimus cotidie: an non merito cotidie quoque convenire nos deceat ad agendum gratias ei, & instaurandam in nobis religionem & cultum eius, per verbum & sacramenta, quæ in hoc nobis instituit, & sanctas preces quas assidue a nobis requirit? quam importuna igitur ea sit impietas, & divinæ Majestatis contemptio, ne uno quidem per septimanam die, his se salutis nostræ actionibus dedere?

Sic quoque imbecilla & labili side omnes sumus, vt assidua eius confirmatio & instauratio sit nobis pernecessaria. Quis itaque; verbis queat satis explicare, quantum sit flagitium, quantum scelus, tot dies nostris operibus negotiis scilicet huius vitæ impendere, idque; favente & jubente Domino: & tam paucos dies eius nomini, & alendæ augendæque; in nobis pietati deputatos, nolle ei totos sanctificare, & perficiendæ saluti propriæ insumere: sed potius, vt plerique; omnes vulgo faciunt, majestatem Dei his diebus gravius multo, quam diebus aliis offendere & irritare?

---

333 Exod.31&35., Num.15., Lex secundæ de sanctificandis consecratis Domino seriis.

334 A quibus operibus homines in sacris seriis abstinere debeant.

335 Que opera in sacris seriis requirat Deus.

336 Horrendæ impietas, homines in puniendis sceleribus, velle appiæ rere clementiores Deo.

337 Lapidandi, qui sacras serias pro sanarent.

[Liber 2 chapter 10 page 66]

Omnino igitur S.M.T. partes sunt, contra hanc tantam in Deum contumeliam, tam effrenem sacrarum seriarum profanationem, legis divinæ revocare authoritatem: & eo quoque; piorum Principum sequi exempla, quorum hac ipsa de re, vt & supra monui, leges extant, C. de seriis. Hi vero nec scenam theatralem his diebus, nec Circense[338] certamen, nec serarum lacrimosa spectacula admiserunt: atque; amissione militiæ, & proscriptione patrimonii multandos censuerunt, qui festo die spectaculis interfuissent, aut obscænis voluptatibus se contaminassent.

Etenim nisi homines & cotidiana ex verbo Dei doctrina, sanctisque cohortationibus, tum etiam authoritate regia eo perducantur, & iterum adsue fiant, vt tempora sanctis religionibus & Dei cultui consecrata, his ipsis actionibus tota sanctificent & impendant: idque; tanto majore cura & sollicitudine, quam ullo s colunt dies vel publicis vel privatis hominum studiis & voluntatibus deputatos, quanto Deus major est omni homine: regnum CHRISTTI num quam apud huiusmodi homines poterit vere restitui.

Videmus[339] autem, quanta cura, quamque accurata sui præparatione vulgo homines se ad quam plenissime colendos festos dies, a Principibus, Rebus publicis, aut Collegiis, ad populo modo oblectationem institutos, celebrandos impendant: quamque; secure omnia alia, quamvis utilia & urgentia negotia, his diebus a se re ii ciant. Quid? Etiam in privatorum nuptiis, atque aliis amicorum conviviis, & ad recreandum animos institutis cætibus, quam studiose homines, ad eorum voluntatem & gratiam, qui ad nuptias eos, vel sua convivia & cætus vocarunt, comparant, omnibus aliis a se curis & negotiis longe submotis.

Quantus igitur Dei contemptus in eo ab hominibus admittitur, cum indictos a Deo nostro dies, & ad æternam nostram salutem instaurandam, & perficiendam, rite colere negligunt? Eorum itaque, quos Deus summa cum potestate populis suis pastores præfecit, regum & Principum partes sunt, malo huic totis viribus occurrere cum sanctis legibus, tum justis in earum legum transgressores animadversionibus.

Lex tertia, de sanctificatione templorum Deo consecratorum:

CAPVT XI.

Quanta[340] iam religione sint & loca cultui Dei consecrata, huic uni rei patefacienda, & sacrosancta conservanda, supra, aliqua ex parte ostendimus. adeo autem vulgo obtinuit horum locorum horrenda sane profanatio, cum in illis homines, omni numinis reverentia a se profligata, tanquam in campo quopiam vulgari, & de ambulacris omni religione vacuis animi causa deambulent, & quævis impura & invisa Deo misceant colloquia, atque pertractent: vt ad summovendam hanc tam importunam D. majestatis ob læsionem, præter verbi Dei doctrina, & pias cohortationes, piorum quoque; regum & principum requirantur severæ leges, legumque; earum expromptæ & constantes vindictæ: quibus efficiatur, ne ullis omnino actionibus sacra Deo templa pateant, quam quibus sunt Domino sanctificata:

---

338 L. dies festos.

339 Festa ab hominibus ad voluptatem carnis institutæ, diligentius servantur quam quæ sunt consecrata Deo.

340 Lex tertia, ut templa consecrata Deo, solis religionibus Christi pateant.

neque impune cuiquam sit, si se illis sacris religionibus non plane accommodarit.[341]

Flagitat itaque a S.M.T. salus populorum tuorum, vt legem condat, quæ vetet, templa Altissimi ullis reserari actionibus aliis, quam ad quos sunt a Domino consecrata: solis scilicet divinarum Scripturarum recitationibus & explicationibus, sacramentorum dispensationibus, precibus, & gratiarum actionibus, disciplinæque Ecclesiasticæ exercitio. Qua lege caveri & illud

[Liber 2 chapter 11 page 67]

oportet, ne cui liceat aliis, quam his ipsis actionibus, in templo vacare. Ita efficiet S.M.T. vt impleatur illud Psalmi: In templo eius omnes prædicabunt majestatem eius. Item & illud: Cogitamus & expectamus, ō Deus, bonitatem tuam in medio templi tui. Et illud: At ego fretus multa bonitate tua, ingrediar domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum, in timore tuo.

Lex quarta de solida omnis Ecclesiastici ministerii restitutione.

CAPT XII.

Porro[342], cum ita Domino visum sit, vt eius religio per idoneos administros & plantetur, & rigetur assidue: atque det ipse ideo Ecclesiis, quibus regnum suum restituere plane dignatur, præter Apostolos & evangelistas, etiam pastores & doctores, qui in qualibet Ecclesia mysteria Dei omnia perpetuo ministerio dispensent, qua de re superius nonnihil diximus: erit S.M.T. totis quoque; viribus incumbendum, vt Ecclesiis ubique; per regnum suum S. ministeria juxta institutum S. solide restituatur, quamprimum id fieri poterit.[343]

Negotium[344] quidem hoc summæ erit difficultatis: vt passim, prodolor, obtinuit prope infinita vocati cleri, in omnibus gradibus & ordinibus perversitas: utque; Antichristus arcem suam & prædam strenue tuetur. omnemque; regno CHRISTI aditum, quantum valet, præcludit. At quia horum ministeriorum restitutio non tam difficilis, quam ad salutem electorum Dei est necessaria, cogitandum S.M.T. erit[345], sicut Deo omnipotenti, ita etiam credenti, omnia esse possibilia, imo facilia, si pius & constans adhibeatur conatus, ac labor assiduus. Iam ex perpetua Ecclesiarum observatione, ab ipsis iam Apostolis, videmus, visum & hoc esse Spiritui sancto, vt inter presbyteros, quibus Ecclesiarum procuratio potissimum est commissa, unus Ecclesiarum & totius sacri ministerii curam gerat singularem: eaque cura & sollicitudine cunctis præerat aliis. Qua de causa Episcopi nomen, huiusmodi summis Ecclesiarum curatoribus est peculiariter attributum: tametsi hi, sine reliquorum presbyterorum consilio nihil statuere debeant: qui & ipsi, propter hanc communem Ecclesiarum administrationem, Episcopi in Scripturis vocantur. De reformando itaque Episcoporum ordine S.M. tuæ cum primis animus intendendus.

Hi[346] enim, sicut dignitate & demandata primaria Ecclesiarum sollicitudine reliquos omnes sancti ministerii ordines antecedunt: ita debent etiam voluntate & studio Ecclesias rite administrandi,

---

341 Psalmi 29, 48, 5.

342 Quarta lex, de plenæ omnium ministeriorum ecclesiasticorum restitutione.

343 Ephes.4., 1.Cor.3.

344 Pastoralis muneris reformatio summe difficilis.

345 Marc.9., Matth.11.

præ omnibus aliis flagrare, omnique & studio Ecclesias rite administrandi, præ omnibus aliis flagrare, omnique facultate eas ædificandi præpollere. Istud locupletissime sancitum & traditum esse, atque; requiri severissime, cum divinis legibus, tum sanctissimis primarum Ecclesiarum canonibus, omniumque; S. Patrum scriptis, denique; multis etiam piorum Principum sanctionibus, satis norunt quicunque; vel aliquantulum divinas Scripturas, veterumque; Ecclesiasticorum scripta, atque; piorum Imperatorum leges cognoverint.

Necesse itaque; est, vt Episcopi, ante reliquos omnes Ecclesiarum ministros & curatores, rejectis a se cunctis seculi negotiis & rebus, totos se impendant legendis & docendis divinis Scripturis, fundendis ad Deum precibus privatis & publicis, omnique generi administrandæ cum doctrinæ tum disciplinæ CHRISTI, hisque vitæ exemplis exornandis, & populo Dei reddendis commendatioribus[347]: scholis quoque & egenis procurandis. Partes etiam horum sunt, advigilare & efficere, vt singulæ Ecclesiæ suos habeant probatos pastores & ministros, qui pastoralem illis curam summa side impendant: tamque; adcurate, vt non solum reliqui clerici cuiusque curæ peculiariter

[Liber 2 chapter 12 page 68]
commendati, sua Ecclesiis ministeria inculpate & sancte præstent: verum etiam vt singuli ex plebe, ab omni lapsu in peccata, quoad eius fieri poterit, custodiantur: & si ceciderint, per salutarem pænitentium rursus erigantur, perpetuosque faciant in pietate progressus.[348] Quamobrem debent Episcopi, quisque suæ dioeceses Ecclesias, quotannis ipsi, si id ullo modo per corporis valetudinem, & graviora Ecclesiarum negotia queant, invisere: & quæcunque deprehenderint in CHRISTI vel disciplinam vel doctrinam vitia obrepsisse, pia severitate corrigere, omnemque; religionis administrationem ad CHRISTI præcepta re concinnare atque; stabilire.

Legantur & expendantur diligenter, quæ de munere episcoporum Spiritus sanctus præceperit, Actorum vigesimo, in Epistolis ad Timotheum & Titum, in quinto capite prioris Petri.[349] Legantur item primorum Conciliorum canones, imo etiam quæ congessit Gratianus ex Conciliis variis & S. Patrum rescriptis, a distinctione vigesima tertia, usque; ad distinctionem nonagesimam sextam. Admiscuit quidem ille pleraque commenticia & superstitiosa, maxime de cælibatu Ecclesiis ministrantium, de infinita tyrannide Romani Pontificis, deque aliis nonnullis rebus a pura CHRISTI religione alienis: interim tam adfert plurima dignissima lectu, & in Ecclesiis restitutu necessaria, quæ S. Patres ex ipso Spiritus sancti canone, De sacris ministeriis desumpta, perquam commode explicaverunt. Legantur præterea, quæ pii Imperatores de munere sacerdotum CHRISTI sanxerunt, Codex de Episcopis & clericis, & in Authentica VI. Quomodo oporteat episcopos. & in centesima vigesima tertia, de Ecclesiasticis diversis capitulis. In quibus tametsi etiam aliena quædam a canone Spiritus sancti iniecta sint, vt de ministrorum Ecclesiæ coliba tu & monachatu, cætera tamen constat eodem Spiritus sancti canone contineri omnia. Legatur quoque tertius liber Chrysostomi de dignitate sacerdotii. Apologeticum D. Gregorii Nazanzeni, D. Heironymus ad Nepotianum, & quæ alii quoque S. Patres de hoc munere scripta reliquerunt.

Quandoquidem[350] igitur non solum ex divinis literis, & S. Patrum scriptis, verum etiam ex miseranda nimis tot seculorum experientia cognovimus, cessantibus episcopis in suo munere, nedum

---

346 Episcoporum est, omnibus aliis sacri ministerii ordinibus, sicut dignitate, itam ecclesiarum procuratione, omnique; pietate anteire.

347 Quod munus episcoporum.

348 Visitatio parochiarum.

349 ubi legenda devi & munere episcopali fusior & clarior explicatio.

350 Vitiato & collapso episcoporum munere, totæ Christi religio exolescit.

illud, sicut tam diu iam faciunt, plane evertentibus CHRISTI religionem, sicut apud reliquos Ecclesiarum curatores, ita & apud plebes horribiliter exolescere, cunctamque impietatem & vitæ impuritatem importunis modis omnia occupare: hoc certe erit S.M.T. majoribus opibus instituenda & molienda episcopalis ordinis & muneris justa reformatio: hoc est, ad eam formam restitutio, quam Spiritus sanctus in Scripturis suis nobis clare descriptam reliquit, cujus summam paulo ante retuli. Seruntur autem hodie nonnulli nomine tenus Episcopi, episcopales in regno S.M.T. sedes tenere, qui omni vita sua, & cunctis actionibus suis nimis evidenter demonstrant, se a Domino ad hoc munus minime esse factos, vt ullam Ecclesiarum justam curam & ædificationem præstent: vt dubitare nequeas, Ecclesias gravioribus indies damnis tam in spiritualibus quam in corporalibus rebus ab illis affectum iri, si summa eis Ecclesiarum gubernacula permittantur.


Sed inhumanum suerit, inquiunt plerique, deturbare quemquam dignitate sua, & emolumentis, quæ solitis iam per aliquot secula viis est adeptus, ac possedit. Nam, vt supra questus sum, quidam multo ampliore misericordia commoventur eorum, qui Ecclesiarum emolumenta, per manifestissima licet sacrilegia semel occuparunt, cum a vastandis Ecclesiis arcentur, quam ipsarum CHRISTI Ecclesiarum, quas illi non solum externis rebus, sed ipsa quoque CHIRSIT religione miserrimum in modum despoliant. Eæ itaque rationes quærendæ erunt, vt quicquid S.M.T. duxerit publicæ pacis gratia,

[Liber 2 chapter 12 page 69]
atque humanitatis in illos, qui ex tam inveterata se errorum colluvie non possunt, aut nolunt attollere & explicare, Episcopis ***άποσκόποις***[351], de spoliis Ecclesiarum relinquere: id tamen ita modificetur, vt Ecclesiis de necessaria episcopalis muneris præstatione nihil decedat.

Ecclesiarum CHRISTI sunt Cephas, Paulas, & Apollo, & mundus universus: ille vero nullius, quam unius regis & Domini nostri IESV CHRISTI, sicut & ille est Dei.[352] Quocirca saluti earum non solum execrandæ pseudoepiscoporum cupiditates, sed totius etiam mundi commoda, vt videntur, sunt posthabenda.[353] Ecclesiæ sunt sponsæ CHRISTI filii Dei, quas ille sanguine suo sibi acquisivit: quare immani se scelere ob læsæ majestatis eius obstringunt, quicunque ulla, quæ confingi possit, de causa, quicquam de jure Ecclesiarum detraxerint: vel detrahentibus, cum possint & debeant, non obstiterint.

Solebant[354] veteres Ecclesiæ, si quando episcopus vel per ætatem, vel per morbos, ad ministerium suum esset factus inutilis, aliquem ei sufficere coadjutorem, qui interim CHRISTI populis munus episcopale præstaret: quanto magis igitur substituendi hodie sunt idonei episcopalis muneris administri, iis qui animi morbis, & adversa mentis valetudine, ne se veros Ecclesiis episcopos præstent, impediuntur: idque; adeo, vt non inutiles modo Ecclesiis sint, sed etiam perniciosi? Quam enim graviorem possent inferre Ecclesiis perniciem, quam quod, cum episcoporum teneant loca, populis CHRISTI doctrinam & disciplinam non solum ipsi non administrant, sed nec per alios currant administrari? imp sacerdotia iis conserunt, & nonnunquam uni plura, qui præterquam quod Ecclesias omni destituunt cura pastorali, eas etiam cum salsa doctrina, tum impura vita a CHRISTI obedientia, quantum in eis est, omnino abstrahunt: quod nullam etiam de instituendis scholis, & procurandis pauperibus curam sibi sumunt: sed episcoporum proventus in profanos maxime homines, & pompam

---

351 
ἀποσκόποις,
[***άποσκόποις***] [?]

352 1.Cor.3.

353 Ecclesiarum saluti omnia postponenda.

354 Olim ad præstandarum munus episcopale corpore invalidis dabantur coadjutores, quanto rectius erogabuntur invalidis mente. c.t.q.1. Quamvis

secularem, qua se instar satraparum efferunt, profundunt.

Qui[355] itaque inter episcopos reperientur ad munus suum rite obeundum cum recte animati, tum probe instructi: his conveniet, a S.M.T. adhibitis primariis illis, in causa religionis consiliariis, item generalibus examinatoribus de quibus supra mentionem feci, proponi generalem illam & doctrinæ & disciplinæ Christi summam, cujus etiam supra memini. Atque ab eis exigi, vt ad eam formulam jurent, se munus suum episcopale bona side administraturos, Id juramenti non solum eo proderit, vt religio promissi his episcopis exacuatur: verum etiam, vt illis qui de nimia eorum querentur severitate, cum injunctam Reformationem aggrediuntur, possint studii sui necessitatem & ex hoc juramento obi icere, atque; ita minore fana bilium hominum offensione atque invidia exequi institutum piæ reformationis opus, atque; perficere.

Quia vero episcoporum est, Ecclesias non suo solo arbitratu, verum presbyterorum consilio, & diaconorum ministerio administrare[356]: necesse erit, uti nunc sunt Ecclesiarum ministeria omnia dissipata & perversa, adjungi cuique episcoporum, quantumvis probato, certum presbyterorum concilium, & diaconorum ministerium. Qui presbyteri & diaconi, sanctissime quoque erunt examinandi & explorandi, num a Domino acceperint, vt possint ac velint, episcopo suo in Ecclesiarum administratione & procuratione esse, presbyteri quidem consilio & adiumento, diaconi autem obsequio & ministerio. In quorum examinatione & probatione episcopus quoque, cui presbyteri illi & diaconi erunt adjungendi, audiri præcipue debet, quo ei tanquam consuli, eius modi adjungantur senatores & accendi, quos & ipse, sicut agnoscat dignos eo loco, ita etiam arctiore complectatur charitate: eorumque; & consiliis & ministeriis utatur ad Ecclesiarum ædificationem cum libentius, tum

[Liber 2 chapter 12 page 70]

commodius. Atque hac de causa, & ab his oportebit juramentum requirere munus injunctum sancte præstandi, & Episcopo optima side & cum summa reverentia in Ecclesiarum procuratione inserviendi. Cumque hi presbyteri & diaconi, qui Episcopis in administratione Ecclesiarum singulariter adsint & subserviant, jussu S.M. tuæ per generales illos examinatores deligentur, & Episcopis adjungentur, id Episcopos & invidia huius delectus liberabit, & majorem etiam presbyteris illis & diaconis authoritatem apud Ecclesias conciliabit. Horum vero omnium ea est summa & maxime urgens ratio, quod S.M. tuæ partes sunt, nihil omnino intentatum relinquere, & omnia sic instituere, vt Ecclesiis de veris & idoneis ministris solide prospiciatur, utque illi apud Ecclesias quam maxima valeant gratia & authoritate.

Iam quoniam Episcopos necesse est omni externarum rerum cura exonerari, quo saluti animarum procurandæ sese totos impendant: qua de causa S. olim Patribus visum est, Episcopis etiam invitis, dari delectos a clero & populo CHRISTI oeconomia, per quos cuiusque Episcopi proventus procura rentur: in officio erit S.M.[357] tuæ, ad hanc rationem episcopos ab externis negotiis ad suum munus expediendum revocare. Qua in re par est, vt apud S.M.T. decretum Spiritus sancti, per D. Petrum proditum, cum septem diaconos curandis viduis & pauperibus suffragatione Ecclesiæ constitueret, multo amplius valeat, quam illorum mortalium vel sapientia vel cupiditas. Non est, inquit Apostolus, placitum (Deo scilicet, & omnibus ex Dei spiritu judicantibus) nos relicto verbo Dei, ministrare mensis. Dispicite igitur fratres, viros ex vobis bonos, testimoniis probatos, septem, plenos Spiritu sancto & sapientia, quos isti curationi præficiamus: nos vero orationi & verbi ministerio incumbe mus.

Requiritur quidem, vt oeconomia, & diaconi, atque subdiaconi, res Ecclesiæ, conscio & juxta

355 Episcopis probis formulæ doctrinæ & disciplinæ Christi juranda erit.

356 Distinct.95.Olim.

357 Distinct.89. Volumus. et seq. Externæ ecclesiarum bona, per oeconomia, procurari debent, et dispensari, non per ipsos episcopos. Act.6.

Domini legem probante Episcopo, & summo eius de quo diximus presbyterio, administrent: apud quos etiam rationem illi administrationis suæ reddere debent constitutis temporibus: attamen ipsa rerum Ecclesiasticarum administratio debet non per Episcopos, sed per oeconomia, diaconos & subdiaconos geri: quo Episcopi administrationi religionis possint & vacare liberius, & plenius satisfacere. Quæ certe res eam animorum vigilantiam atque contentionem postulat, quæ nullam omnino aliarum re rerum curam admittit.

Iam sunt etiam inter Episcopos, quorum S.M.T. opera utitur in administratione regni, quos S.M. tuæ operam suam hac in parte navare eo est tolerabilius (hac quidem Ecclesiarum tempestate) quod hoc apud S.M.T. loco possunt causas religionis CHRISTI (quæ actores prosecta requirunt isto in loco perquam vigilantes & acres) agere, & magis in tempore, & majore cum successu.[358] Verumtamen, quo minus isti valent Ecclesiis suis consulere, non absentes modo, verum etiam tantis curis regni distenti: hoc magis necessarium est, vt eis non tantum certum & probatum adjungatur cum presbyterium, tum ministerium, de quibus iam monuimus: sed quo magis consentient ur omnia & ordine in administratione Ecclesiarum, quæ hisce episcopis creditæ sunt gerantur, opus suerit, vt singuli huius loci episcopi, vicarium quoque sibi aliquem habeant constitutum ex presbyteris, qui Ecclesiis quæcunque muneris sunt episcopalis, (dum episcopi, regni curis implicati ab illis absunt) fideliter impleat. Atque huiusmodi vicarios eadem par erit, qua presbyteros illos & diaconos episcopis in Ecclesiarum procuratione adjungendos, religione probari, atque; institui.

Cum enim nihil in hoc orbe curæ hominum sit ab Altissimi commendatum, quod sollicite magis & religiose ab illis curari gerique debeat, atque

[Liber 2 chapter 12 page 71]
procuratio religionis, hoc est, æternæ salutis electorum Dei: summum est nefas, quicquam aliorum negotiorum isti curationi anteponere, aut ulla de causa obstare quo minus Ecclesiis sua ministeria plene præstentur. Erat Moses amplissimo Dei spiritu præditus, & incredibili sapientia excellebat: tum ardentissimo veræ religionis plantandæ, conservandæque; studio omnino flagrabat: tam cum universam Isrælis rem publicam gubernare deberet, Aaronem fratrem cum illius filiis, religionibus jussu Dei præfecit, vt his illi se totos impenderent. Qua de causa ministerium quoque Levitarum est eisdem addictum, quorum multa extabant millia.

Machabæi quidem conjunxerunt administrationem civilem Ecclesiasticæ: sed quo successu, ipsorum testantur historiæ. Quapropter optandum, vt Episcopi juxta Dei legem, religionibus solis vacent procurandis: & cuncta alia a se, quantumvis generi humano salutaria negotia iis relinquant, qui his quoque se totos impendant, ad ea divinitus comparati. Quam rationem priscæ Ecclesiæ religiose observarunt, idque[359]; Ecclesiis maximopere profuit: quæ horribiliter ceperunt collabi, atque; dissipari, simulatque; Franci & alii reges ceperunt Episcopos civilibus negotiis adhibere.

In vero Episcopis, qui hactenus in Episcoporum loco cum essent, episcopale tamen munus plane neglexerunt, ac puræ CHRISTI doctrinæ, solideque; disciplinæ sunt etiam adversati, munus prosecta hoc sanctissimum credi nulla poterit bona conscientia. Poscit enim lex Dei, cui cælum & terra cedere debent, ad hanc functionem neminem admittere, nisi diu multumque; probatum, atque certo exploratum, quod regni CHRISTI & singulari polleat scientia, & maximo flagret studio. Quicquid igitur, (uti paulo ante diximus) humanitatis exhibere his S.M. tuæ visum suerit: id omnino sic temperare oportebit, ne interim Ecclesiæ, quas illi hactenus occupant & vastant, veris episcopalis muneris vel administris vel coadjutoribus careant.

358 Hærentibus in aula Episcopis, etiam vicarii sunt substituendi, qui episcopale munus ecclesiis totum impleant.

359 Procurationi religionis cunctæ alia negotia post ponendæ.

Nec audiendi sunt S.M. tuæ, qui dicunt, huiusmodi Episcopos non Episcopos, nunc esse paratos, vt S.M.T. de religione decreta recipiant, & sequantur: debere igitur in administratione muneris episcopalis relinqui. quam enim non sponte sua regiis assentiantur decretis, sed causa episcopalis dignitatis, opumque retinendarum, aperte satis evincunt, præter perpetuum hactenus episcopalis officii neglectum, imo perversionem, superstitiones papisticæ, ab eis hucusque retentæ (quantum earum per metum regiæ animadversionis ausi sunt retinere) quodque de instituta reformatione nihil ne hodie quidem recipiunt, nedum promovent, nisi ad quod S.M. tuæ authoritate suerunt compulsi.

Valere[360] itaque contra hos ***ἀποσκόπκς***[361] debet, quicquid nunc simulent, aut verbis sive in publicis concionibus, sive alias profiteantur, canon Spiritus sancti, qui prohibet admittere in hunc ordinem Neophytos, hoc est, ad CHRISTI fidem recens, conversos. Nec enim aliquid simile vel scientiæ, vel zeli, CHRISTI Ecclesias ædificandi in his conspicitur: qualis in D. Paulo, Ambrosio, & aliis nonnullis, quibus hoc caput divini canonis jure remissum suit, elucebat. Si iam Spiritus sanctus prohibet in presbyterorum vel Episcoporum ordinem assumere, qui nuper se CHRISTO dediderunt, (etiamsi conversionem sui, dignis fidei fructibus Ecclesiis Dei satis approbaverint nisi ea se vis Spiritus sancti in illis explicet, vt clarissime appareat, eos ad sacra quoque Ecclesiæ ministeria ab ipso Spiritu sancto accersiti) quis non videat, quantum hæc Spiritus prohibitio valere debeat contra eos, qui hactenus hostes se regni CHRISTI præstiterunt: nec adhuc suam resipiscentiam ullis dignis eius fructibus demonstrarunt? Neque enim satis est, vt quis tam sancto muneri præficiatur, posse belle concionari: solida requirenda est (vt

[Liber 2 chapter 12 page 72]


et supra monui) functionis pastoralis totius scientia, atque; cura Ecclesias Dei ædificandi sollicita ac perpetua, & utraque; Ecclesiis ex anteacta vita & actionibus plane explorata & comprobata.

Quemadmodum vero in munere est Episcopi scoparum, advigilare, atque efficacem adhibere operam, vt Ecclesiis singulis, cuiusque procurationi episcopali commendatis, probati & fideles pastores religionis procurationem sancte administrent: (quorum hodie, prodolor, nimium exiguus superest numerus, occupantibus parochias, qui munus illis pastorale præstare nec possunt, nec volunt) accurata & severa erit principio episcopis parochiarum, cuiusque fidei creditarum, suscipienda visitatio. Qua in re S.M.T. authoritate & potestate juvari necesse habebunt: prout obtinuit, & invaluit depopulantium, ē loco pastorum, ecclesias, non minus intoleranda impudentia & audacia, quam numerus, & parata illis apud multos patrocinia. Res itaque ipsa postulat, vt S.M.T. episcopis ad primam illam Ecclesiarum visitationem, atque luporum, furum, & mercenariorum a caulis CHRISTI depulsionem, adjungat viros summa gratia in regno suo & authoritate præditos, accommodatisque ad hanc causam S.M. tuæ mandatis probe instructos. Nam Hic rursus plurimum conabitur facessere negotii præpostera illa, & impia in lupos, fures, & latrones ovium CHRISTI, misericordia: si illi, quemadmodum a CHRISTI gregibus dissipandis & perdendis, ita etiam ab Ecclesiis per manifesta sacrilegia de spoliandis ab arceantur. Quid autem deceat eos numerare Christianos, qui dubitent gloriam CHRISTI, & æternam ovium eius salutem, totius mundi opinatis commodis anteponere, nedum impiis hostium CHRISTI cupiditatibus?

Si qui vero ex his, parochias iniuria occupantibus, vere resipiscant, & rejecta impietate sua ad Dominum convertantur[362]: Ecclesiarum erit, talibus de vitæ necessariis sic prospicere, ne quicquam eis

---

360 Qui Neophyti ad ecclesiarum ministeria admittendi, qui secus.

361  [ἀποσκόπκς] [?]

362 Quomodo & resipiscentes a vastatione ecclesiarum, & in ea perseverantes, in Christi ecclesiis sint habendi.

ad bene pieque vivendum desit, uti & supra testati sumus. Qui vero hostes se regno CHRISTI exhibere pergant, cujus quæso suerit humanitatis, aut charitatis, tales in hoc ipsum extremum scelus alere & fovere? Sunt quidem nobis & inimici pascendi, sed fisa meant: potandi, sed si sitiant: idque; ea etiam ratione, ne ulla eis ex hac benignitate via patefiat Ecclesiis Dei in commodandi, nedum illas cunctis & spiritualibus & corporalibus commodis de spoliandi.

Hic cogitandum, & opere persequendum est, quod Dominus dixit turbis se sequentibus[363]: Si quis venit ad me, & non odio habet patrem suum, & matrem suam, & uxorem & liberos, & fratres & sorores, præterea etiam anima suam, hic non potest esse meus discipulus. Et illud quod Mose posuit in laude tribus Leviticæ: Qui dixerit patri suo, & matri suæ, Non vidi eum: & fratres suos non agnovit, & filios suos non cognovit: hi custodiunt eloquium tuum, & pactum tuum conservant.

Obiicietur autem & hoc loco, iam exiguum numerum superesse eorum, qui sint ad munus hoc, Ecclesias rite procurandi, idonei. Cui obiectioni idem quod supra respondeo:primum, si tales vero studio quærantur, multo plures repertum, iri, quam nunc existimetur. Deinde, quantumvis pauci queant huius notæ viri inveniri, tamen præstare, Ecclesias nullos habere pastorum loco, quam eos qui revera sunt lupi, fures, latrones, aut saltem mercenarii. Nec enim potest non esse Ecclesiis noxius, quicunque quæ sua sunt quærit, non quæ IESV CHRISTI. Præterea parochiis, quibus nondum poterunt proprii dari pastores, his interim succurri oportebit, per pastores viciniores. Postremo, si justa Academiarum reformatio, de qua supra, perficiatur, dabit Dominus cotidie, qui poterunt Ecclesiarum ministeriis utiliter applicari. Et quicquid existat hac in re, a nostra negligentia & pravis cupiditatibus,

[Liber 2 chapter 12 page 73]
difficultatis, cedere tamen verbum Dei nulli potest creaturæ. Illud ergo, cum servet in æternum sibi obtemperantes, condemnet in æternum se repudiantes: non dubitemus, omnium hominum & sapientiæ & voluntati esse anteponendum. Eo vero novimus esse sanctium, oportere omnem Episcopum & presbyterum esse, non irreprehensibilem modo, verum omni etiam genere virtutum singulariter ornatum: atque tenacem fidelis sermonis ad CHRISTI populum docendum, vt possit & exhortari sana doctrina, & contradicentes revincere.[364] Item, CHRISTI ministeria iis tantum esse hominibus credenda, qui fideles sint, & idonei vt alios doceant. Et rursus, probandos prius hos esse: & ita ad ministeria hæc admittendos.

Porro, vt homines ad deteriora facile relabuntur, injungendum & illud Episcopis erit, vt quisque[365]; Ecclesias suas non solum quotannis inspiciat, adjunctis sibi aliquot se lectoribus cum ex presbyterio primario illo, & dia conio, cuique; ad Ecclesiarum administrationem adjuncto: verum quoties intellexerit aliquid Ecclesiis obtrudi vitii, contra CHRISTI vel doctrinam vel disciplinam.

Quo vero, si quid tale existat, Episcopi id in tempore resciscant, revocanda erit vetus illa dioecesium distributio[366], vt singulis viginti, aut circiter, parochiis, unus ex earum parochiarum curatoribus, qui ad hanc functionem præ cæteris appareat idoneus, præficiatur Chorepiscopum, qui his Ecclesiis contra Satanæ insidias & insultus singulariter ad vigilet: & se quid ipse vel apud collegas suos, vel apud plebes ad hanc curam sibi commendatas, corrigere non possit, deserat quam primum ad Episcopum.

Atque; ne quid corrigendum, aut non inultum emergat, debet ille collegas suos, & compresbyteros certis temporibus, & frequenter ad se convocare, & cum D. Scripturarum explicatione,

---

363 Causæ regni Christi odio habendum, quicquid ei obstiterit Luc.14., Deut.23.

364 2.Tim.2.

365 Annuæ ecclesiarum inspectiones per Episcopos faciendæ.

366 Constituendi Chorepiscopi.

& sumpta ex illis cohortatione, tum piis inter omnes collationibus, fidem cognitionemque; CHRISTI, cum sibi ipsi, tum collegis suis confirmare, & studium atque; zelum regni CHRISTI magis magisque incendere. Quin etiam plebes curæ cuiusque commendatas, debent isti Chorepiscopi subinde, cum illud per parochiarum suarum procurationem poterunt, invisere, atque verbum vitæ æternæ illis administrare: & iis præcipue, quæ pastores habent ad regnum CHRISTI minus doctos & ferventes.

Præterea episcoporum erit, cuiusque; provinciæ binas quotannis synodos celebrare, uti tot canonibus & piorum Imperatorum legibus est constitutum. Ad quas Synodos non civitatum modo Episcopi, sed etiam Chorepiscopi, aliique; presbyteri & diaconi, qui regni CHRISTI scientia & zelo ampliore donati sunt, debent convocari atque audiri: quo efficacius & quæ obrepserunt in Ecclesias vitia, corrigantur, & pietas omnium instauretur.

Quibus synodis perutile erit, vt S.M.T. semper adhibeat viros religionis CHRISTI studiosos, & summa authoritate præditos, qui in synodis suæ Mai statis nomine cum Metropolitano præsideant, ordinemque; decentem conservent[367]: uti olim pii imperatores & reges ad maximam Ecclesiarum utilitatem facere solebant. Quin ipsi interdum synodis præsidebant, & una disputabant: quod Constantinus magna cum laude præstitit, in per celebri illa Nicæna synodo: & nonnulli alii Imperatores & reges in Conciliis aliis, quemadmodum in actis antiquorum Conciliorum legitur. Cum enim omnes animæ regum imperio subjectæ sint, in officio est eorum, vt nihil prius curent, quam vt CHRISTI religio sacerdotale munus, quo æterna omnium animarum salus continetur, sancte & salutariter administretur, & ab omni labe conservetur. Quartam itaque; legem hanc Ecclesiæ a S.M.T. expectant, qua totus cleri ordo ad disciplina Spiritus S. modo summatim descripta revocetur, & re ipsa adducatur.

[Liber 2 chapter 12 page 74]

Lex quinta, de vindicandis CHRISTO Domino bonis Ecclesiasticis ac pio illorum usu.

CAPVT XIII.

At[368] vero, cum indubitatum sit, Ecclesiis haudquaquam restitui posse nec ministeria Episcoporum, nec cæteri presbyterii ac cleri, nec Ecclesiarum justæ inspectiones, aut synodi: nisi ante execranda illa sacrilegia, & Ecclesiarum tam immanes de spoliationes, (quæ eo admittuntur, quod sacrorum ministeriorum stipendia, precio & carnali favore conseruntur hominibus his indignissimis: & plerumque uni duo, tria, quatuor, aut quinque; vel plura, qui ne uni satisfacere studet) per Sacrum Regiam M.T. penitus submoveantur, cum omni Simoniæ specie. Quæ omnino admittitur, si sacerdotia alia de causa & sine, quam vt Ecclesiæ in side CHRISTI per fideles & idoneos ministros ædificentur, cuiquam conserantur: aut si ulla se admisceant in collatione temporalis vel precii, vel obsequii, aut gratiæ intercessio.

Constat iam & illud, esse manifestum sacrilegium, Ecclesiarumque; spolium, quod Romanus Antichristus ab Episcopis & aliis sacerdotibus, primi anni, vt vocant, fructus & decimas exegit. Ex quo S.M.T. satis intelligit, quam sit ab eius pietate alienum, illum CHRISTI adversarium hac in re imitari. Est quidem in officio & Ecclesiarum, & omnium religionis ad ministrorum, vt S.M.T. ad omnes regni necessitates, promptis animis, quantum poterunt, conserant.[369] Quemadmodum enim omni animæ

---

367 Synodi episcoporum Auth.2,.9. Quia vero.

368 Lex quintæ, de legitimæ bonorum Ecclesiasticorum conservatione, & dispensatione.

369 Rom.13.

præceptum est divinitus, vt subdita sit potestatibus gerentibus gladium: ita etiam ab omni anima requiritur, tam sacerdotum quam reliquorum hominum, vt tributum pendat ei, cui tributum debetur: vectigal, cui vectigal: honorem deserat, cui honor competit: reverentiam, cui reverentia.

Ex hoc itaque; jure religiosi Imperatores, fiscales pensitationes, & canonicam illationem de prædiis requirebant, quæ vel Ecclesiæ, vel clerici possidebant[370]: idque tam severiter, vt si quando Ecclesiæ fiscalia debita nulla alia ratione possent dissolvere, concesserint, immobiles quoque; Ecclesiarum possessiones, ad horum debitorum faciendam solutione alienare: quod alias fieri sanctissime prohibuerunt. Ad instructiones quoque itinerum & pontium, Ecclesias adscripserunt: sicut etiam ad functiones repentinæ sarcinæ, ex adventicia necessitate provenientis: nec immunes habuerunt Ecclesias & clericos, quam a se ce sordidorum munerum, & ab extraordinariis superindictionibus, atque ab onere suscipiendi hospites ex aulico grege, vel milita.

Interim autem, sicut salaria clericis hi Imperatores, ita etiam pro egenorum sustentatione de publicis Imperii proventibus largiebantur[371]: uti supra meminimus constitutum fuisse, primum a Constantino magno: cujus liberalitatis (quam Julianus totam Ecclesiis eripuerat) vel tertia pars (quam Jovianus restituit, eo publica fame adductus) Ecclesiis satisfecit, sicut ad clericorum stipendia, ita etiam ad alimoniam egenorum. Promisit tamen pius hic princeps Jovinianus, Ecclesiis se totum illud, quod Constantinus constituisset, restituturum. simulatque; ea quæ tum invaluerat fames remisisset.

Adeo denique; sacrosanctas habuerunt pii illi Imperatores Ecclesiarum possessiones, a quocumque; illæ Ecclesiis obvenissent, vt nullo eas modo alienari paterentur: nec cum ipso quidem Imperio permutari, nisi possessioni. æque bonis, aut etiam melioribus. Qua de re sanctionem Justiniani, cum ea pleraque ad institutum nostrum pertinentia in se contineat, libet hic subscribere.

Sinimus ergo Imperio, si qua communis commoditas est, & causa ad utilitatem rei publicæ respiciens, & talem exigens possessionem alicujus immobilis rei, qualem proposuimus, hanc et a sanctissimis Ecclesiis, & reliquis venerabilibus domibus

[Liber 2 chapter 13 page 75]
et Collegiis, percipere licere, undique sacris domibus indemnitate servata, recompensanda re eis ab eo qui percepit aqua, aut et iam majore quam data est. Quid enim causetur Imperator, ne meliora det, cui plurima dedit habere Deus, & multorum dominum esse, vt facile dare possit: & maxime sanctissimis Ecclesiis, in quibus omnis dona tarum eis rerum immensitas, optima mensura est? Unde si quid tale fiat, & pragmatica processerit forma, præcipiens Imperio dari aliquid talium rerum, & recompensaverit mox rem meliorem, & uberiorem, & utiliorem, sit ea permutatio firma: & hi qui præsident domibus, quarum est quod alienatur, & qui talibus administrant literis, sine querela undique sint, nullam metuentes penarum, quæ a Leone piæ memoriæ in terminantur, & a nobis firmatæ sunt: utique cum nec multum disserant ab alterutro sacerdotium & Imperium, & sacræ res a communibus & publicis: quandoquidem omnium rerum sanctissimis abundantia & status ex Imperialibus munificentiis perpetuo præbeatur. Alterutris itaque compensantes quæ decent, non ab aliquibus jure culpabuntur. Aliam vero omnem, sive ad ipsum Imperium, sive ad aliam quamcunque personam factam, sive venditionem, sive emphyteusisne perpetuam omnino perimamus.[372]

Causam autem hanc unam pii Principes, in donandis Ecclesiis, & bonis earum conservandis se quuti sunt, vt ministeria sua Ecclesiis re ipsa & sancte præstantibus justa salaria, & egenis quibuslibet non deessent vitæ necessaria. Quamobrem gravissime prohibuerunt, vel non legitime Ecclesiis

---

370 Quæ pubis operæ impositæ ecclesiis & clericis.

371 Liberalitas piorum imperatorum in ecclesias.

372 Sacerdotium et Imperium parum inter se differunt.

ministrantibus, vel non revera egentibus, de Ecclesiarum bonis quicquam impartire. Atque de his non inutile forsan erit, aliqua legum huiusmodi verba subscribere.

Codex de Sacrosanctis Ecclesiis, extat lex Valentiniani & Marciani,
his verbis sancite.

Privilegia quæ generalibus constitutionibus universis sacrosanctis Ecclesiis orthodoxæ religionis retro Principes præstiterunt, firma & illibata in perpetuum decernimus custodiri. Omnes sane pragmaticas sanctiones, quæ circa canones Ecclesiasticos interventu gratiæ vel ambitionis elicitæ sunt, robore suo & firmitate vacuatas cessare præcipimus. Et quia humanitatis nostræ est, egenis prospicere, ac dare operam vt pauperibus alimenta non desint, salaria etiam, quæ sacrosanctis Ecclesiis in diversis speciebus de publico hactenus ministratæ sunt, jubemus nunc quoque inconcussa, & a nullo prorsus imminuta præstari, liberalitatique huic promptissimæ perpetuam tribuimus firmitatem.

Item Authentica tertia sub finem:

Quemadmodum autem ad eam pertinentes sumptus certa sine descripsimus: ita convenit, vt sanctis pro tempore Patriarcha, & reverendissimi clerici circumspiciant, ne reliqui sumptus, qui ex Ecclesiasticis reditibus fiunt, aliter quam in pias & Deo placitas causas insumantur: & vt in illos conserantur qui & revera egent, nec aliunde habent Unde vivant: (hæc enim Dominum Deum reconciliare solent) non vero per patrocinia, & hominum studia in locupletes distribuant ea, quæ ad Ecclesiasticos sumptus suppetunt, vt exinde egentes vitæ necessariis defraudentur. Noverint enim Dei amantissimi oeconomia, tam qui nunc, quam qui olim pro tempore futuri sunt, quod si quid in his deliquerint, non tantum penis cælestibus erunt obnoxii, sed etiam de substantia sua sacrosanctæ Ecclesiæ indemnitatem præstabunt.

Et Authentica quinquagesima octava:

Multi sæpenumero clerici, certis vacantes oratoriis, aut etiam pro aliquibus

[Liber 2 chapter 13 page 76]
sorte subrogari, simulatque solemnem erogationem perceperunt, a sacris se mysteriis in universum segregant (quæ ob causas, melius ipsi noverunt) aut quacunque occasione a sacrosancta omnino Ecclesia, in qua consistunt, recedunt. Sancimus igitur, ne sacro id impedimentum ministerio ingeratur, sed a Dei amantis. Episcopis, sub quorum tutela hæ Ecclesiæ constitutæ sunt, in illorum locum alii sufficiuntur, qui ista percipiant. Neque enim ullis concedere volumus, vt ea quæ ab ipsis, aut per ipsos, sacrosanctis iam Ecclesiis erogantur, in suum lucrum convertant. Siquidem nullo prætextu, aut occasione volumus, vt ex aliorum defraudatione aliis lucrum accedat: sed vt, quemadmodum quæque iam inde ab initio erogata sunt, ita & porro absque ulla temporis præfinitione præstentur: neque sacrum ea re ministerium corrumpatur, & intercidat: nullam licentiam habituris his qui ab Ecclesiis destiterunt, post quam vel a sanctissimo Patriarcha, vel provincialibus Episcopis, in illorum locum alii subrogati sunt, vt aut ipsis subrogatos inde detrudant, si ingredi velint: aut eos qui id erogationis genus sustinent, con duplicatas impensas suppeditare: & tam subrogatis quam ipsis qui redire volunt, præbere compellant: sed, (vt simplicissime dicamus) illi quidem si redeant, non recipiantur: his vero, qui post priorum discessum suffecti sunt, præbeantur provisiones annonariæ, nullo lucro exinde his

qui suppeditare solent accedente. vt qui talia lucrifacere attentaverint, omni modo subrogatis ab ipsis, tam provisiones annonarias, quam alias erogationes, tam ipsi quam hæredes ac successores eorum præbeant: scientes: quod si etiam postea de fraudaverint, certa ex illorum patrimonio possessio sacris nostris rebus privatis segregabitur, vt illis exinde fiat erogatio.

Ex his S.M.T. facile intelligit, qua sint Ecclesiis sua bona religione, cum conservanda, tum etiam ad veros illarum usus vindicanda: vt iis scilicet modo vitæ necessaria ex his præstentur, qui Ecclesiis sua ministeria sancte exhibent, aut sunt revera inopes.

Sic itaque fiscales & canonicas pensitationes, & ad repentinas necessitates, aut ad publica opera collationes S.M.T. Ecclesiarum prædiis & personis imponet, vt in nullam tamen incurrat Simoniæ speciem, quam omnino habet illa primi anni fructuum exactio: nec videatur in vera CHRISTI ministeria, in tam necessarias scholas, in pauperes durior, quam in cæteros regni fui cives: atque adeo religionis CHRISTI conservandæ & augendæ minorem, quam majores ipsius, ducere rationem, Illi enim tam munificos se præstiterunt, etiam in depravata & salsa Ecclesiarum ministeria, cum putarent ea proba esse, & vera: in scholas, & curationes pauperum: & tamen regiam sibi præclare conservarunt magnificentiam, difficiliaque bella feliciter gesserunt.

Omnino autem non hominibus tantum S.M.T. videbitur, sed a Deo ipso judicabitur, munus suum nec ipsi, nec Ecclesiis eius præstitisse, nisi summis opibus, & totis quas a Domino accepit viribus hæc efficere conetur: primum ne quis constituta sanctis Ecclesiarum ministeri salaria accipiat, qui Ecclesiis ea ministeria non sancte præstet. Eamque ob rem, vt gravissimum sacrilegium, S.M.T. evitandum erit, ne posthac ullis sacerdotiis, vel prælatis & Ecclesiarum ministris imponantur pensiones, quas illi persolvant hominibus, qui nec Ecclesiis ministrant, nec revera sunt egeni. Nam pinguioribus sacerdotiis debent pensiones imponi, quæ persolvantur fidelibus Ecclesiarum ministris: quibus aliunde non potest prospici, & aliis egentibus.

Nulla quoque debet ratione permitti, vt cum Ecclesiis, vel earum ministris, quisquam ullam faciat bonorum commutationem[373]: misi quis velit Ecclesiis meliores dare possessiones, quam ab illis accipiat, aut omnino paris utilitatis. Fetur enim a Collegiis nonnullis, & Ecclesiis, per quam commodas possessiones esse antehac specie permutationis abstractas: Collegiis vero illis, & Ecclesiis, nihil quam parochiarum spolia esse in locum ad emptarum

possessionum addicta. Deinde, vt S.M.T. possessionibus Ecclesiarum, & ministris earum non Maius imponat tributum Rei publica solvendum, quam solet privatis hominum possessionibus. Qui enim possit manifestæ impietatis excusari, veros CHRISTI ministros, administros religionis, id est vitæ æternæ, & minimos eius, in quibus ipsi præstamus, quicquid illis humanitatis & benignitatis exhibemus, habere loco deteriore, & plus tributis gravare, quam ceteros homines, qui neque tam necessaria & salutaria præstant rei publica & Ecclesiis ministeria, nec ita nobis sunt a Domino ad omnem beneficentiam commendati?

Reges Ægypti, vt in historia Josephi legitur, solis sacerdotibus agros suos immunes reliquerunt. Sed hanc immunitatem veræ CHRISTI Ecclesiæ non flagitant[374]: tributum ordinarium solvere minime detrectant: tantum non habeantur iniquiore loco, quam alia hominum collegia: & quique privatim. Et ab illis saltem muneribus ministri immunes relinquantur, quæ sine gravi imminutione ministeriorum, quæ debent Ecclesiis, ad procurandum hominum æternam salutem, obire non possunt.

Postremo & illud S.M. tuæ efficiendum erit, quicunque parochiarum sibi vendicent sive

373 Contra iniquas cum ecclesiis possessionum permutationes.

374 Exemplum regum Ægyptia.

collationes, sive possessionem[375], vt ex earum parochiarum proventibus, siquidem tantum de illis superfit, justa constituantur salaria iis, qui parochiis CHRISTI ministeria fideliter præstant. Si vero parochiis non sit tam multum reliquum, vt inde prospici queat fidelibus earum ministris, tum certe, uri & supra diximus, ab Episcopis & ditioribus sacerdotiis petendum erit, Unde & his de spoliatis parochiis consulatur. Hic communio sanctorum exercenda erit, vt egentibus Ecclesiis succurrant ur ab iis quæ abundant. Nam fertur non paucas esse parochias, quarum procurationi non sit relictum ex satis præ lautis earum proventibus, quos olim possederunt, ultra libras quatuor aut quinque, aut paulo amplius.

Valeat itaque Domini lex: Dignus est operarius cibo suo, & mercede.[376] Item: Duplici honore digni sunt presbyteri, qui bene præsunt Ecclesiis, maxime qui laborant in verbo & doctrina. Debent autem hi & suo docere exemplo Christianos, vt cum eis datur quibus alantur & tegantur, his sint contenti. Valeat & lex Spiritus sancti: Vestra abundantia sublevet illorum inopiam, & illorum abundantia sublevet vestram inopiam, quo sit inter vos æqualitas. juxta illud[377]: Qui plus, non redundavit: & qui parum, ei nihil defuit.

Istam igitur S.M.T. quintam legem dabit Ecclesiis, qua res & facultates Ecclesiarum, juxta præmonstratam rationem, a Spiritu sancto traditam, ad suos legitimos usus vindicentur & restituantur.

Audio erarium S.M.T. per diuturna bella esse admodum debilitatum.[378] Succurrant igitur & Ecclesiæ, quo illud ad omnes Rei publica usus, in qua & ipse Ecclesiæ continentur, earumque ministri, scholæ & pauperes, restituatur quam copiosissime. Hoc autem fieri potest rationibus, quæ pridem omnibus regnis bene constitutis suerunt usitatæ, vt opus non fit sacrilega Romani Antichristi inventa imitari.

Cavendum quoque est, ne qui præ se curam serunt restituendi erarii Regii, suam potius rem agant, quam R.M.T. atque Rei publicæ.[379] Illorum certe nullo modo admittenda est flagitatio, qui decere solent: Ditavit tam multos ex ministris suis de bonis monasteriorum & Ecclesiarum S.M. tuæ pater: cur non filius paternam sequeretur liberalitatem, & in suos ministros?

His enim respondet Cicero[380], homo ethnicus: Benignitatem oportere non esse majorem quam facultates, nec benignitatis sontem benignitate exhauriendum. ubi iam hodie supersunt monasteriorum possessiones, quas S.M.T. queat suis elargiri ministris? Si vero aggrediatur bona Episcoporum, atque aliarum divitum prælaturarum, vnde sumetur, quo parochiis despoliatis

[Liber 2 chapter 13 page 78]

necessaria salutis æternæ restituantur ministeria? Unde reparabuntur scholæ, fovebuntur studiosi, curabuntur pauperes?

Sed dicunt illi: In quem ergo Ecclesiarum, Scholarum, vel pauperum usum insumunt hodie opes Ecclesiarum Episcopi, & opulenti prælati?[381] Otiosam, inertem, & profanam alunt familiam, deliciantur, & efferunt se omni genere luxus atque; pompæ mundanæ, Ac si in aliquos, in conjunctos sibi carne sunt liberales: nunc uxores ornabunt & liberos, ne cedant eo nobilibus.

Ad ista vero quid respondent Ecclesiæ? imo quid CHRISTUS Dominus Ecclesiarum sponsus?

---

375 Vt iis qui fideliter ministrant, constituantur justæ stipendi.

376 Matth.10., Luc. 10., 1.Tim.5.

377 1.Tim.6., 1.Cor.8.

378 Lex quintæ, quæ ecclesiarum facultates, ad suos legitimos usus revocentur. Regii ærarii ratio cum primis habenda.

379 Flagitatæ liberalitas de prædæ ecclesiarum.

380 De rebus ecclesiarum benignitas, sontem sere huius benignitatis exhausit.

381 Objectæ, contra pompam, & luxum prælatorum.

Quia vero pseudoepiscopi, & ementiti mearum Ecclesiarum præfecti, meum sic diripuerunt hactenus & dilapidarentur patrimonium, quod non temere vocatum est patrimonium crucifixi: decet ne vos, qui de meo evangelio gloriamini, eripere & perdere, quod sacrilega illorum reliquum mihi fecit rapacitas? Vestrum ne esse putatis, sic queri de sucis illis, qui mella absument apum mearum, vt vos illis novi suci adjungatis: & quod mellis, apibus meis ab illis adhuc superest, totum exedat is? Quin vestri esse muneris agnoscitis, sucos illos ab apum mearum alvearibus abigere, hisque sua mella ab omnibus sucis custodire? Quin statuitis semel, num velitis me super vos regnare regno religionis, & vitæ æternæ, an minus? Tum videte, si vultis meum apud vos regnum restitui, num ad id necesse sit, & educare, ac instituere, & alere selectos a me homines, ad regni mei ministeria: atque ideo, & Scholas passim reparare: & ingeniis idoneis a me donatos, dum id aliunde consequi non possunt, ad pia studia fovere, atque juvare? Deinceps cum regnum meum eam requirat charitatem in omnes homines, & eam rerum præsentis vitæ communionem inter mihi credentes, quæ provideat ne quisquam egeat rebus ad bene pieque vivendum necessariis: judicate ipsi, an non & meum regnum debeat suum habere erarium, & quidem locuples, Unde egentibus meis ea præbeantur, sine quibus illi non valeant pie, atque ad rei publicæ utilitatem vitam degere? Dicite denique, an non meo digna sit regno illa in inopes liberalitas, quam Ethnici judicaverunt esse in officio cuiusque hominis copiosi: vt suis scilicet facultatibus captos redimat a prædonibus, æs alienum suscipiat amicorum causa, in filiarum collocatione adjuvet, in reque quærenda & augenda bonis & frugi civibus opituletur?

Huius certe benignitatis causa, sancti olim Patres confringenda ac impendenda judicaverunt & sacra vasa, atque templorum ornamenta: de quo legantur quæ scripsit D. Ambrosius libro de officiis II. cap XXVIII. quam dives autem erarium hi poscant sumptus, facile quisque supputet. Dicit autem Dominus, dives in omnes, & qui omnibus omnia mirifice largitur, indignis & ingratis: Ego vobis, o miseri mortales, nihil quam gehennam a me meritis, largior tam assatum omnibus omnia: ac peto a vobis pro ministris meis, & qui ad mea parantur ministeria, quibus ego vestram æternam salutem administro, proque meis minimis, imo pro me ipso. nec pero his delicias, non pompam aliquam, nullum luxum, inque vos mea dilapidatis bona: sed cibum modo esurienti, potem sitienti, extorri hospitium, nudo vestem, ægroto curam, consolationem capto. Et in hos non tam pios quam salutares vobis usus, tam abest vt sustineatis impendere facultates meas, mea dona, vt etiam quæ ad hos fructus majores vestri mihi consecrarunt, rapiatis, & in perniciem vestram pro fundatis & consumatis. Quæ vero unquam suit res publica tam barbara, tam impia, vt non præter res privatas & publicas, quæ utræque sunt juris humani, & res habuerit sacras religionibus addictas?[382] Atque hæ res ethnicis illis hominibus suerunt juris divini, adeoque in nullius bonis & omnibus sacrosanctæ, vt si quando de his bonis extrema rei publicæ compellente

[Liber 2 chapter 13 page 79]
necessitate, aliquid ad rei publicæ sumptus tanquam mutuo accepissent, id statim, vt se res publica eius modi difficultate explicasset, summa religione sacris usibus restituere studuerint? Apud hos enim creditum suit, legis esse naturæ, & juris gentium, mortales a diis immortalibus nihil omnino posse usucapere.

Ex qua religione, si quis de sacro aliquid surripuisset, id sacrilegium censuerunt: multoque; severius in hoc scelus quam in peculatum (qui est, publicæ pecuniæ injusta attrectatio) animadverterunt.[383]

Fert quidem Dominus, & laudat, dum res ipsius consecratæ nummi, in privatas quoque, nedum

---

382 De diuis. rerum, & qualis.L.1.

383 Peculatus

publicas necessitates, in loco impendantur. Hiskiah rex, vt pacem populo Dei redimeret a tyranno Assyrio, dedit illi quicquid inveniebat argenti in domo Dei[384]: detraxitque foribus & postibus templi argentum, quo illos ipse texerat, nec improbavit Dominus factum: populi enim eius commodum eo suit quæsitum. cum itaque ad populi Dei salutem hoc intersit, placet Domino, vt non minus prompte res illæ externæ, dona ipsius terrena, in publica populi sui commoda insumantur, quam pro illo ipse impendit sanguinem suum. Huius enim saluti vult vt serviant cæli & terra, ac quicquid his continetur. Vult tamen & suum habere apud Ecclesias suas peculium, res suo nomini consecratas, pro conservanda apud suos administratione regni sui, id est religionis: proque; sustentatione alimonia pauperum suorum, vt ex eo peculio non mercenariis, non furibus & latronibus, qui curatorum & pastorum gregis eius occupant nomina, locum, mercedes summo scelere: sed iis qui verbo laborant & doctrina, suus præbeatur, cibus, sua justa & necessaria merces reddatur: Unde scholis, id est, piarum & bonarum artium doctoribus, atque studiosis, & ad Ecclesiarum ministeria idoneis adolescentibus & juvenibus, vel tolerabilis præstetur annona: Unde eius viduis, pupillis, senio & morbis factis hominibus, aliisque egentibus suppeditetur, vt vivere ei valeant. Vult quicquid in hos salutis nostræ usus ipsi, vel ex prius eius nomini consecratis bonis relinquatur, vel de novo consecretur, vt id habeatur sacrosanctum, ne in alios usus convertatur: vt habeatur sacrilegus, uti est, quicunque ea alia ratione attrectari, detque penas anathematis. Vult vt agnoscamus, nullum esse munus nobis æque fovendum, & procurandum, atque religionis, id est, salutis nostræ administrationem: nullosque habeamus cives rei publicæ utiliores, quam qui munus hoc side bona obeunt: tum, vt quod in egentes ipsius impendimus, non dubitemus id nos ipsi fænerari: atque usuris immensis, omnium scilicet bonorum, tum præsentium tum futurorum. Hi enim egeni Domini recipient nos in æterna tabernacula.[385]

Objicitur autem a nonnullis & illud, Bona Ecclesiarum magna ex parte esse impiis dolis & impos turis conflata, adeoque cumulata, hominibus scilicet salso persuasis, liberationem e purgatorio, & sedes cælestes, istis, quibus ditata collegia sunt & cenobia, largitionibus redimi, & comparari. Vt ergo rebus publica & honestis familiis plurima sunt hac sacrilega fraude erepta: ita justum esse, vel aliqua ex his Ecclesiarum male partis rebus, rebus publica & nobilibus domibus restitui: nec enim ferre Dominum rapinam in sacrificio: ergo nec fraudem.

Ad hanc obiectionem satis liquet quid sit respondendum. primum enim, rei publicæ usibus bona ista nec posse servari certius, quam sub sanctione juris divini: nec impendi utilius, quam dum impenduntur ad conservandam augendamque CHRISTI religionem, & alendum fovendumque Dominum nostrum IESVM CHRISTUM in suis minimis. Deinde, quod ad familias attinet eorum, a quibus pseudoclerici pleraque Ecclesiarum bona impiis suis suasionibus & pollicitationibus abstraxerunt, quot quæso de his familiis supersunt? & si supersint, eoque; opus habeant, juvari debent

Ecclesiarum benignitate, præ aliis.[386] Cæterum, eam censent juris prudentes habere vim donationes factas rebus publicis, etiam in usum profanum, vt si quis legasset aliquid civitati cuipiam, pro impuro aliquo spectaculo, quod iam ea civitas propter CHRIST religionem nolit suis civibus exhiberi. legatum tamen illud haud debere propterea cedere lucro hære dum, sed in jure manere publico civitatis, cui esset legatum: primatesque civitatis adhibitis heredibus dispicere, in quam rem converti debeat fideicommissum, quo memoria testatoris alio, & licito genere celebretur. Quanto itaque; magis, quæ donata sunt CHRISTI Ecclesiis, debent in earum relinqui jure, sed in pios usus converti: etiamsi pro

384 2.Reg.18.

385 Luc.16.

386 ff. De usu fructu legatorum .L. Legatum.

impiis Missis, & aliis salsis cultibus, ex errore donantium, per pseudoclerice ob truso, sint Ecclesiis donata?

Sed utinam, qui ista obi iciunt, abhorrerent ipsi ab omni defraudatione & despoliatione sicut privatorum hominum, ita & maxime CHRISTI Ecclesiarum: harumque fraudatoribus & de spoliatoribus Ecclesias non proderent. Videmus enim non deesse. qui ditia sacerdotia malint iis conferre ad CHRISTI contumeliam, & Ecclesiarum perniciem dilapidandi, qui antea plura sacrilege occupant, quam fidelibus evangelii ministris, vel unum incir scriptum & non mutilatum relinquere.

Hæc ergo cum ita habeant, vt S.M.T. regnum de CHRISTI religione, atque religione ex memorata bonorum Ecclesiasticorum direptione & dissipatione gravissime periclitetur, eidem S.M.T. & mature & summa religione curandum erit, atque efficiendum, sicut ipsa suum pro re publica habet erarium, habet peculium, vt ita Rex quoque æternus noster IESVS CHRISTUS suum in regno S.M.T. sicut regnum, sic certum quoque; regni sui obtineat erarium atque; peculium: quod ita sacrosanctum habeatur, vt S.M.T. inde nec ipsa quicquam largiatur, nec largiri cuiquam suorum permittat, nisi veris sidisque puræ religionis administris, qui munus suum re ipsa præstent, fideliter: tum iis qui ad hoc ministerium erudiuntur atque; formantur: atque; horum doctoribus, & format oribus: denique; revera egentibus.

Adjiciet indubie, adjiciet Dominus quam copiosissime S.M.T. sic in primis quærenti regnum ipsius, & justitiam, cætera omnia, vt queat se abunde liberalem & munificum regem exhibere omnibus sidis ministris suis, cunctisque; sua dignis benignitate hominibus. Nam vt Ethnici doctores recte præcipiunt, sunt hæ in benignitate & beneficentia cautiones adhibendæ: vt Provideatur, primum ne obsit benignitas, & iis ipsis quibus benigne fieri videbitur, & cæteris. Deinde, ne major benignitas sit, quam facultates: tum, vt pro dignitate cuique tribuatur. Nam vt præclare Ennius: Benefacta male locata, malefacta arbitror.

Lex sexta, de procurandis egenis & pauperibus.

CAPVT XIIII.

Vindicatis itaque & sanctificatis CHRISTO Domino, quantum licebit, de rebus ipsius nomini & cultui pridem consecratis, justoque; ei, tamque; copioso, quam credimus, & amamus eum servatorem nostrum, & bonorum omnium largitorem, constituto & sancito peculio atque patrimonio: restituet S.M.T. condita lege VI, CHRISTI Ecclesiis in regno suo, & sanctam illam, qua sine communio sanctorum nulla vera esse potest, procurationem, pauperum & egentium, quam Spiritus sanctus nobis præscripsit & commendavit Act. 2.4.5 & 6. efficietque; vt singulæ Ecclesiæ habeant suos diaconos pauperum procurationi præfectos, de quibus antea monui, viros optimi testimonii, & plenos Spiritu sancto, atque

sapientia: ac quæ libet Ecclesia tot numero, quot cuique ad hoc curandi egenos munus, pro populi cuiusque; & pauperum multitudine opus suerit.

Horum vero munus & officium his continetur partibus, primum debent habere exploratum, quot in qualibet Ecclesia vere inopes degant, quibus par sit de vitæ necessariis ab Ecclesia Provideri.[387]

387 Quæ partes sint curatorum pauperum.

Nam Ecclesiarum CHRISTI est, eos qui, cum possint se suis opibus ipsi sustentare, id negligunt, & vivunt inordinate, alienum cibum absumentes, sua communione excludere: tantum abest ab Ecclesiarum officio, tales ad impium suum ocium fovere. Contra hos ergo valere debet: Qui non laborat, non manducet.

Illud quoque; quod Spiritus S. præcepit de viduis, intelligi de omnibus egentibus debet, & observari[388]: Si quis, inquit, fidelis, aut quæ, viduas habet, suppeditet eis, & non gravetur Ecclesia, quo suppetat iis, quæ vere viduæ sunt.[389] Sic quibus sunt ulli egeni, sive cognatione, five affinitate, five alia quavis singulari conjunctione & consuetudine peculiariter commendati, in illorum certe officio est, (siquidem tantum a Domino facultatum obtineant) his suis hominibus vitæ necessaria subministrare: & Ecclesiis parcere, quo his plura suppetant ad alendum juvandumque eos, quibus nulli supersunt curatores domestici, vel familiares, qui opem eis ferre aut velint, aut possint.

Horrenda illa Spiritus sancti sententia insonare debet omnium animis: Si quis suis, & maxime domesticis non prospicit, fidem abnegavit, & est infideli deterior. Ad hos enim, quos Dominus cuique singulariter adjunxit, maxime pertinet illud alterum summum præceptum, quo lex tota continetur & impletur: Diliges proximum tuum sicut temet ipsum. Nam quos Dominus cuique sanguinis, affinitatis, usus domestici, aut aliis peculiares consuetudinis propinquitate adsociat & connectit, eos sane facit cuique hoc ipso in primis proximos.

Primum itaque a diaconis eleemosynarum curæ præfectis[390], hoc requiritur, vt quam diligentissime inquirant, quinam revera egeant, & egestatem suam non possint ipsi a se depellere: & qui egestatem vel simulant, vel ultro suo ocia & luxu accersunt: quive habeant ex suis proximis, aut non habeant, qui ipsorum suscipere curam, & Providere eis vel queant, vel sustineant: Ac quos deprehenderint diaconi, nec ipsos sibi posse vitæ necessaria comparare, nec habere ex proximis qui ea ipsis suppeditent, horum & nomina & inopiæ modum moresque in proprio libro conscribant, certisque eos temporibus invisant, & ad se accersant, quo certius cognoscant, quam pie fidelium eleemosynis fruantur, & quibus quisque rebus quolibet tempore opus habeat. Nam sicut improbis nihil satis est, mendicandique nec modum nec finem norunt: ita probi & pudentes homines, tegunt ac dissimulant suam egestatem, nimiumque arbitrantur quicquid illis ab Ecclesiis præbetur.[391] At Spiritus sanctus, hunc distribuendi Ecclesiarum facultates modum, finemque præscripsit, ne quis omnino egeat: & vt cuique tribuatur, quibus opus habeat ad pie beneque vivendum. Atque vel ex hoc uno quis non videat, quam necessarium sit Ecclesiis, vt eius modi sibi diaconos ad eleemosynarum deligant procurationem, qui non obiter, sed accuratissime pervestigent, & cognoscant de implorantibus Ecclesiæ opem, an & quibus quisque; rebus egeat: quantumve sit cuique ad vitam recte pieque transigendam, ab Ecclesiis attribuendum? Tum etiam, si domesticos habeant, qui a Domino, Unde illorum egestati succurrant, acceperint? Nam tales ab Ecclesiis ad curam suorum debet compelli. ad quam rem debent diaconi Episcopo & presbyteris adesse atque inservire, vt ad totam CHRISTI disciplinam.

Altera pars muneris diaconorum est, quicquid Ecclesiis obvenit, in usum pauperum, sive de possessionum fructibus, sive de fidelium oblationibus, id

[Liber 2 chapter 14 page 82]

omne servare consignatum[392]: & de eo cuique pauperum præbere, quantum cuique; opus esse ad

388 1.Thess.3., Ibidem., 1.Tim.5.

389 Quisque debet alere, si possit, suos domesticos.

390 Primæ pars muneris diaconorum.

391 Act.2.&4.

392 Altera pars muneris diaconorum.

vivendum Domino perspexerint. Et id ipsum quoque in libro expensorum diligenter conscribere: nam de omnibus acceptis & expensis rationem Episcopo & presbyterio suo reddere debent, procurantes exemplo Apostoli[393], honesta non tantum coram Domino, sed etiam coram hominibus. Quamobrem Spiritus sancti, id quoque in diaconis his requirit, vt sint bono apud CHRISTI populum testimonio probati,[394] Vt enim laborant homines cupiditate pecuniæ: ita minima occasione iniquis gravant suspicionibus eos, qui publicam pecuniam administrant.[395] Ad hæc vehementer suspiciosi sunt & queruli pauperes, quicunque non a CHRISTI spiritu didicerunt & abundare, & pati penuriam.

Eamque; ob rem, quo hi diaconi apud omnem CHRISTI gregem ampliore essent authoritate, certiorque; eis fides accommodaretur, priscæ Ecclesiæ proximum illis a presbyteris dignitatis gradum assignarunt: atque in partem sacri ministerii, in administratione cum doctrinæ tum sacramentorum admiserunt. Antichristi horum munus, vt & alia sacri ministerii omnia plane evacuarunt, & ad inanem pompam redegerunt: vt hodie paucissimi sint, qui aliud existiment esse in diaconorum functione, quam ad missas Episcopis & presbyteris ministrare, lectionemque ibi evangeliorum recitare. Id quod huic ordini initio eo tantum delatum suit, vt dixi, vt horum ministrorum, apud Dei populum, in procuratione pauperum, adserendaque CHRISTI disciplina, esset & authoritas amplior, & fides gravior.

Curare Ecclesiarum possessiones, & colligere earum fructus, atque alios Ecclesiarum in usus pauperum deputatos proventus[396], ad munus pertinet sub diaconorum & oeconomorum: quo diaconi totos se impendant primum Ecclesiarum facultatibus iam collectis rite dispensandis, vt cuique tantum scilicet tribuant, quantum cuique ad vivendum Domino vere opus sit: tum disciplinæ CHRISTI apud eos qui ab Ecclesiis aluntur conservandæ, quo & vivere hi Domino studeant, qui in hoc ipsum sua ab Ecclesiis alimenta percipiunt: denique ad juvanda huic disciplinæ etiam apud reliquos Christianos, quorum vitam & mores possunt ex pauperum procuratione melius cognoscere & explorare. Hæc distributio muneris diaconorum & subdiaconorum adhuc observabatur D. Gregorii Romani episcopi tempore, vt in multis eius Epistolis licet legere.

Vt vero pauperibus parum consuletur, quantumvis probos & sapientes diaconos, Ecclesiæ eorum curæ præficiant, nisi sit etiam Unde hi pauperibus vitæ necessaria distribuant: & hoc S.M.T. Providendum erit[397], vt quæ egentium usus postulat, Ecclesiis suppetant. Olim ex omnibus Ecclesiarum facultatibus, quæ eis ex possessionibus vel ex fidelium donis & oblationibus ob veniebant, quarta pars pauperibus decidebatur. Præterea suerunt a piis Principibus, aliisque[398]; opulentioribus hominibus instituta ***πΊωχο τροΦεῖα***[399], in quibus alebantur & curabantur egentes, qui sano essent corpore: ***βρεΦο τροΦεῖα***[400], in quibus infantes: ***ὀρΦανο τροΦεῖα***[401], in quibus orbi parentibus: ***γερον τοκομεια***[402], in

---

393 2.Cor.8.


394 Act.6.


395 Phil.4.


396 Curæ re ecclesiarum possessiones. & proventus colligere, sub diæ conorum & oeconomorum est.

397 Unde quærendum quod in pauperes impendatur.

398 Quot modis prospectum olim suerit omne genus pauperibus. Codex de sacrosanctis ecclest. L.sancimus.

399  [***πΊωχο τροΦεῖα***] [? alimony]

400  [***βρεΦο τροΦεῖα***] [infant's alimony]

401  [***ὀρΦανο τροΦεῖα***] [orphaned alimony]

quibus senes invalidi: ***νοσοκομεῖα***[403], in quibus variis laborantes morbis: ***ξονῶνες***[404], in quibus peregrini, & patria extorres.

Iam dubium non est, quin & in hoc regno multa a S.M.T. majoribus aliisque; religiosis proceribus atque; hominibus in usus egentium donata suerint, & provisa, quæ progressu temporis pseudocœnobitæ & clerici, hisce pauperum provisionibus præfecti, in sumptus converterunt suarum voluptatum & pomparum, postquam his se dedissent, rejecta a se omni cura non corporum modo egentium fratrum, verum etiam animarum cum suarum ipsorum, tum totius plebis CHRISTI, atque; religionis universæ: prætexentes interim studium

[Liber 2 chapter 14 page 83]
augendi cultum Dei, hoc est, cumulandi execrandas ipsorum Missas, & abominandas cæremonias. Iam enim omnem regum atque; legitimorum magistratuum potestatem & judicia a se removerant, vulgoque; hominibus persuaserant, per hæc bona longe melius consuli & vivis & defunctis, si impenderentur in impios ipsorum cultus, quam si illis CHRISTUS Dominus pasceretur in esurientibus, potaretur in sitientibus, colligeretur hospitio in peregrinis & tecto carentibus, vestiretur in nudis, visitaretur in ægrotis & captivis.

Si quid igitur in Ecclesiarum visitationibus possit per vestigari, ex huiusmodi in usum pauperum institutis & donatis receptaculis atque[405]; facultatibus superesse, id certe S.M.T. egentibus CHRISTI debet vindicare: atque; in eos usus, ad quos sunt initio Domino consecrata, restituere. Tum certas etiam conveniet imponi lautioribus sacerdotiis pensiones, vt paulo ante dixi, pro alendis pauperibus in locum quartæ de omnibus Ecclesiarum proventibus portionis, quæ illis tot canonibus est addicta. Dein de, ne indigni Ecclesiarum eleemosynis, & fidelium, eas dignis & revera egentibus præripiant, revocanda erit S.M.T. & Dei & Valentiniani Imperatoris lex, ne quisquam mendicare per mittatur: sed qui laboribus se suis sustentare valent, ad laborandum compellantur: qui minus, ab Ecclesiis, sed quisque; a sua citra mendicitatem, vt fratres & membra nostra alantur.

Quod vt queat fieri magis commode & æque, edicendum etiam hoc erit S.M.T.[406] vt quisque; suos domesticos, & peculiariter conjunctos pauperes alat si per facultates suas possit: tum vt quælibet civitas, quodque; oppidum, & quivis pagus, suos pauperes, qui a suis domesticis non possunt, sustentet, nec ad alios dimittar.

Quoniam autem fieri potest, vt tenuius sit aliquod oppidum, vel pagus, quam vt valeat suis egentibus omnibus de vitæ necessariis prospicere[407]: quo itaque; & his commode consulatur, operæ precium erit, vt S.M.T. jussu in quolibet comitatu, aliqui huic negotio præficiantur, viri sancti, & spirituali prudentia præditi, qui eos egenos, qui a suis nequeunt Ecclesiis procurari, ad opulentiores Ecclesias, authoritate S.M.T. transferant. Omnes enim Christiani invicem membra sumus: quo nomine ecclesiæ gentium, tempore Pauli apostoli, & hortatu Ecclesiis in Judæa fame laborantibus succurrere, esse in officio suo agnoverunt. Denique quia ex depravata nostra, & Deo semper rebelli natura, instituta

---

402 [***γερον τοκομεια***] [Elder ?]

403 [***νοσοκομεῖα***] [hospitals]

404 [***ξονῶνες***] []

405 Quicquid donatum pauperibus superest. eis restituatur.

406 Deut.15., 2.Thess.3. C. de mendicantibus validis. Vt quælibet domus, pagus, oppidum, suos alat pauperes.

407 Egeni ad opulentiores ecclesias transferendi.

& præcepta Dei perpetuo fastidimus: & pro nostra libidine, maleque; consulto, semper alias, quam Deus præscripsit, sequi rationes & vias avemus: non deerunt, quanquam sanctissima constituta pauperum procuratione, qui tamen nolint in commune Domini gazophylacium suas conferre eleemosynas: sed per se potius pauperibus velint largiri, si quid videatur. Horum superbiæ occurrendum erit cum lege S.M.T. tum etiam per Ecclesiæ disciplina. Lege, quæ imponat duplum offerre in gazophylacium Domini, si quis deprehendatur egenis privatim aliquid esse elargitus. Disciplina vero ecclesiæ, vt si qui in Domini gazophylacium nihil conserant, officii sui ab Ecclesiarum ministris ex verbo Domini ad moneantur: quorum si admonitionem illi præfracte contempserint, vt ethnici & publicani habeatur. Nam licet in arbitrio cuiusque; relinquendum sit, quantum velit CHRISTO Domino de bonis suis ad usus minimorum eius offerre: tamen id nemini in Ecclesia comedi potest, vt contra tam expressum Dei præceptum, semper vacua manu in conspectum Dei veniat[408]: atque S. S. institutum, de procurandis pauperibus penitus contemnat: imo etiam quod in eo est, per privatas suas eleemosynas evertat.

Sed hic humana sapientia, quæ se divinæ semper anteponit, objiciet, esse inhumanum, claudi fidelibus manus suas, ne per suo arbitratu benefaciat iis quos deprehenderint revera egere: reperiri enim inter pauperes optimos

[Liber 2 chapter 14 page 84]

homines, quo pudeat Ecclesiæ eleemosynam, quantumvis ea opus habeant, petere. Ad hæc respondendum est, primum nemini omnino claudi manum hac lege, quo minus eam aperiat, quibuscunque velit & possit pauperibus: sed juxta Dei præceptum, & Spiritus sancti institutum, hoc caveri, ne filii Dei, quæ debent CHRISTI minimis, revera egentibus, impertiant CHRISTI hostibus: iisque aut non egentibus, aut certe egestatem ultro accersentibus. Nec enim potest, vt & supra dixi, quisquam privatus ingenia pauperum explorare tam certo, atque hi qui huic muneri, vt sunt ab Ecclesiis præfecti, ita cotidie summo studio incumbunt. Haud enim de est Dominus donis suis & Spiritus sui incremento, iis quos per Spiritum suum ad tanta Ecclesiæ suæ munia selegit sibi, & vocavit.[409] Deinde, vt quis proximos suos egentes plane habeat cognitos, moresque eorum perspectos: tamen, ne & alii velint ipsius exemplo suas eleemosynas ipsi dispensare, atque sæpe minime cognitis & exploratis (vt qui minime CHRISTI eleemosynis digni sunt, emendicare solent improbius, & artificiosius) longe præstat, vt quisque inopes, qui cuique ad juvandi occurrunt, quantumvis sciat eos esse probos & sanctos, ad Ecclesiæ mittat diaconos, vt ab his, quibus opus habent, percipiant. Summopere enim cavendum, ne ulla vel rima patefiat innatæ nostræ arrogantiæ contra Deum sapiendi, & ab eius præceptis & institutis vel pilum deflectendi sive ad dextram, sive ad sinistram. Si enim aliquos pudor impediat, quo minus libenter totum diaconium adeant, uni ex diaconis suam aperiant egestatem: vel si hoc quoque facere graventur, tamen illi quibus horum nota est & perspecta cum inopia tum pietas, eos diaconis indicent, & necessariam eis eleemosynam impetrent. Quanquam neminem Christianum, quantis vis lapsus sit facultatibus, & quanquam sublimi loco dignitatis hactenus excaluerit, pudere debeat crucis CHRISIT, & salutaris remedii a Domino per egestatem subministrari: multo minus pigere fas est homines Christianos, tanquam ex ipsa Domini manu accipere egestatis suæ sublevationem per Ecclesiæ eius ministerium: cujus justissimo, nec minus illis salutari judicio, in paupertatem, vitæque; humilitatem sunt detrusi.

Attamen hoc quoque in diaconorum officio est, quorumlibet non egestatis tantum, verum etiam imbecillitatis animorum rationem ducere, atque ea prudentia ac liberalitate cujus libet necessitati

---

408 Deut.15., Act.6.

409 1.Cor.12.

manum præbere[410], vt nemini adflicto paupertate, afflictionem addant pudoris: nec eos quos Dominus antehac habuit lautius & indulgentius, ad eam redigant victus & vestitus asperitatem, cui serendæ non sint: tametsi ea hominibus, qui illi pro vitæ suæ constitutione adsueverunt, satisfaciat. Considerandum hic est Spiritus sancti præceptum, vt cuique tribuatur, quantum quisque opus habeat, ad bene beateque vivendum. At constat, vt non omnes pariter corpore valent, nec ad eandem vitæ rationem instituti sunt: ita aliis pluribus, aliis paucioribus, aliis mollioribus, aliis durioribus opus esse alimentis, vestimentis, rebusque & curationibus aliis. Quod D. Gregorius perpendens, despoliatio per Longo bardos nobilibus viris & feminis, perquam liberales de Ecclesiarum bonis pensiones constituebat.

Hanc itaque sextam legem S.M.T. CHRISTO Domino, & Ecclesiæ eius offeret, cujus primo capite edicat, ne cuiquam permittatur mendicare[411]: sed vt quisque domesticos suos, cognatos & affines alat & procuret, si quidem id per facultates suas possit: cujus rei judicium penes cuiusque loci ordinarium magistratum esse debet. Qui vero domesticis auxiliis destituuntur, vt hos civitas eorum, vel oppidum, vel pagus sustentet. Si qua autem civitas, oppidum, vel pagus, egenis suis propter inopiam non possit prospicere: judicium sit penes superiores cuiusque comitatus Magistratus, ad quam in eo comitatu

[Liber 2 chapter 14 page 85]
opulentiorum Ecclesiam, eius modi debeant pauperes transmitti.

Altero vero capite præcipiat, in prima cuiusque; Ecclesiæ visitatione deligi per visitatores, & probatiores in quovis populo diaconos & pauperum curatores[412], quales supra descripsimus: sancteque; his injungi, vt quem ammodum an notavimus, explorare religiose studeat, quibus quique; egeant: fideliter ea his, quo ad poterunt, attribuant: acceptique; & expensi rationem Episcopo & presbyterio reddant constitutis temporibus.

Tertio capite, vetet privatim dare eleemosynas: & adhortetur populos suos, vt suas malint oblationes[413], juxta Dei præceptum, & Spiritus S. institutum, credere Ecclesiis, & deputatis huius rei administris, quam pro innata arrogantia eas contra Dei verbum & Spiritus S. institutum per se dispensare.

Quarto capite, vindicet necessitatibus pauperum, si quæ majorum dona in hoc ipsum CHRISTO oblata, deprehendatur adhuc superesse. Et quo minus harum donationum reliquum reperietur, hoc liberaliores pensiones pro pauperum sustentatione imponat sacerdotiis pinguioribus: in locum quartæ, ex omni Ecclesiarum proventu, portionis, quæ illis secundum tot canones debetur.

Quinto capite, vt graves penas sanciat iis, qui sanctissimum hoc Spiritus sancti institutum blasphemare, aut quemquam ab eo ausint avocare[414]: ac præcipiat, si cui videatur aliquid esse in diaconis & omni procuratione pauperum corrigendum, vt is huius diaconos cumprimis admoneat: & si illi justæ admonitioni non obtemperent, deserat rem ad Episcopum, & presbyterium: quo in omnibus valeat authoritas verbi Dei, & impiæ hominum superbiæ, cui nihil quod Deus instituit, probatur, ubique & in tempore occurratur: adeoque; facilius a CHRISTI populo impetretur, Unde CHRISTI minimis sic benigne prospiciatur, quo aliquando læti audiamus, Venite benedicti patris mei, & percipite regnum, quod paratum est vobis ab initio mundi: Esurivi enim, & dedistis mihi manducare, &c.

Nec etiam satis est benignitati Christianorum, victum, hospitium, & vestitum tantum largiri

---

410 In distribuendis eleemosynis, & prioris consuetudinis atque; imbecillitatis ratio habenda est.

411 Quælibet domus, quilibet pagus, oppidum, civitas alat suos pauperes.

412 Electio & munus diaconorum.

413 Ne quis ipse suas eleemosynas distribuat.

414 Ne cui permittatur, huic Spiritus S. instituto detrahere.

extreme egentibus: verum ita liberaliter conferre illi debent, ex Dei donis, ipsis tam copiose collatis, quo possint etiam (vt & supra dictum) nubiles, sed honestæ simul & piæ puellæ (quæ, quod indotatæ sunt a nuptiis diutius æquo differuntur) si id habere aliunde nequeant, dotari, atque ita adjuvari, vt in tempore tradantur nuptum, atque idoneis adjungantur viris: possint & ingeniosi pueri, quibus desunt patroni, ad studia & sacra Ecclesiæ ministeria educari: possit denique; fidelibus hominibus, quibus deest Unde opificia sua exerceant, succurri, cum donando, tum dando mutuum, quo artium suarum valeant fructum consequi, suosque; commodius alere, & Domino educare, atque; rei publica quoque magis frugi se cives præbere.

Haud enim satis est Ecclesiis CHRISTI, curare vt homines earum vivant tantum, sed vt vivant Domino, ad certam & mutuam inter se atque totius rei publica, & Ecclesiæ utilitatem.

Ac proinde Providendum Ecclesiis est, vt in CHRISTUM baptizati omnes a puero probe educentur, & bonis artibus imbuantur: quo quisque pro sua portione aliquid commodi in commune conserat, verumque se & utile CHRISTI membrum cæteris præbeat. De qua membrorum CHRISTI proprietate etiam supra monuimus. Hactenus de pauperum procuratione.

[Liber 2 chapter 14 page 86]

Lex septima, de conjugiorum sanctificatione atque gubernatione.

CAPVT XV.

Præter hæc postulant a S.M. tua CHRISTUS Rex noster, & eius Ecclesiæ, vt justam quoque suscipiat curam matrimoniorum.[415] Dici autem non potest, quantum hinc plurimæ bonæ conscientiæ implicentur, adfligantur & periclitentur, quod nullæ extant justæ leges, nullaque secundum verbum Dei expedita ratio huius sanctissimæ societatis & sontis generis humani est constituta. Cum etenim conjugium res sit politica, homines, vt connubia rite & contrahant & ineant, sancteque servent, atque non nisi extrema compulsi necessitate dissolvant, non tantum Ecclesiæ doctrina & disciplina instituendi & adducendi, verum rei publica quoque legibus & judiciis ad hæc expediendi sunt, juvandi, atque compellendi. Quod pii Imperatores agnoscentes, atque in eo juri gentium se accommodantes, leges dederunt de conjugiis, cum legitime paciscendi & auspicandi, tum pie colendis, ac etiam, ubi id infelix necessitas requirat, rescindendi. Id videre licet in Codice Justiniani libro quinto ab initio, per titulos viginti quatuor. Et in Authentica Justiniani vigesima secunda, atque aliquot aliis.

Antichristi autem Romani, quo Imperatorum potestatem in se transfer rent, primum fraudulenta persuasione, postea etiam vi, omnem de matrimoniis, sicut plerisque aliis de rebus, statuendi & judicandi potestatem ad se pertraxerunt.[416] Itaque nulla jampridem huius rei cura & administratio competere regibus & rerum publica gubernatoribus creditur. Interim autem, ubi CHRISTI evangelium recipitur, Romani Antichristi leges, vt CHRISTI religio requirit, repudiantur. Huius vero legibus & judiciis, vt oportet, repudiatis, si reges & rerum publica moderatores, non & hanc curam suscipiant, vt & legum authoritate, & judiciorum severitate procurent matrimonia & pie contrahi atque iniri, & sancte servari, ac si res poscat legitime dissolvi: quis non videat, quæ accersatur huic sanctissimæ societati confusio & perturbatio? quantaque plurimis optimis conscientiis carnificina paretur, dum nullas habent certas, quas sequantur, leges: nullaque, si quid intolerandum accidat, quæ implorent judicia?

---

415 Procurationem conjugiorum pertinere ad regiam potestatem.

416 Antichristi Romani fraude vi moderatione invaserunt matrimoniorum.

Quantum autem intersit ad Rei publica honestatem & salutem, vt matrimonia ex CHRISTI sententia contrahantur, & colantur, nec absque justa causa dissolvantur, quis non intelligat? nisi enim illa prima & sanctissima viri & mulieris conjunctio sancte constituatur, vt domestica per eos disciplina juxta Dei præceptum vigeat, quis probatorum civium proventus possit expectari?

Agnoscet igitur S.M.T. & hoc in suo esse officio, & certe cum primis, justam matrimoniorum curam & administrationem sibi resumere: sanctisque cum legibus tum judiciis huius primæ & divinæ inter homines societatis religionem sancire atque; tueri: sicut constat fecisse singulari studio omnes retro sapientes legum latores, rerumque publicarum formatores, atque; pios etiam Rei publica Christianæ Imperatores.

[Liber 2 chapter 15 page 87]

Quæ constituenda sint de contrahendo & ineundo sacro conjugio.

CAPVT XVI

Principio ergo S.M.T. leges proponet suis de connubio rite sancteque contrahendo & ineundo[417]: vt nemo matrimonio consocietur, nisi cum quo jungi quemque hoc fodere fas sit: utque de hac conjunctione graviter, consulto, & religiose paciscantur, atque eam, sicut decet pietatem professos, ineant.

Quos homines conveniat jungi matrimonio.

Cap vt XVII.

Primum itaque omnium statuendum S. M. tuæ erit, quas personas jungi velit connubio[418], Lex Dei & Imperatorum tantum abstinere ab iis jubet, qui inter cognatos sunt in ascendente & descendente linea, & in laterali, ab amita & matertera, a sorore, sororis filia & nepte, a fratris filia & nepte: item, ex affinibus a privigna, noverca, nuru, socru, uxore fratris, uxore patrui, ab uxoris filia & nepte: leges quædam Imperatorum addunt & neptem ex fratre, vel sorore. lubente etiam abstinere ab iis, quæ conditione vitæ nimium impares sunt: vt ne plebeius ducat filiam Senatoris, aut Senator plebeiam, neve liber ancillam, vel servus liberam. Vetant quoque; connubia adoptatarum in filias, et de sonte sacro leva tarum: tum ne quis tutor pupillam suam, aut præ provinciæ ex suæ administrationi subditis uxorem vel sibi vel silo suo ducat. Consobrinorum, sive ex duobus fratribus, sive ex fratre & sorore, sive ex duabus sint nati sororibus, hoc est, sive sint fratres patrueles, sive amitini, sive proprie dicti consobrini, nuptias utraque; lex, Dei & Imperatorum concedit. Quanquam enim tempore Augustini, vt is meminit libro de Civitate Dei XV.C.XVI, Consobrinorum nuptiæ lege suerunt vetite: tamen ea lex remissa statim est, vt patet ex lege Arcadii & Honorii, celebrandis. C. de nuptiis. Item ex Institutionibus Justin, de nuptiis.

---

417 Leges de matrimonio contrahendo et ineundo

418 Quibus cum hominibus matrimonium contrahendum.

Quidam Romani Pontifices, cognatorum nuptias in septimam usque; gene rationem prohibuerunt: postea contraxerunt hanc prohibitionem ad quartam generationem. Gregorius tamen primus concessit Anglis[419], in quarta generatione conjungi: & vetuit in secunda, hoc est, inter consobrinos, sed rationem suæ prohibitionis satis levem adducit. Scribit enim se experimento didicisse, ex tali conjugio sobolem non posse succrescere. D. Augustinus in loco paulo ante citato, causas duas reddit, cur conveniat Christianis conjuges accipere non ex propria cognatione. Unam, quod affinitate cum alienis contracta, charitas inter homines & necessitudo amplius propagetur: alteram, quod humane verecundiæ insit quiddam naturale atque; laudabile, vt cui debet causa propinquitatis verecundum honorem, ab ea contineat, quamvis generatricem, tamen libidinem, de qua erubescere videmus & ipsam pudicitiam conjugalem.

Porro veteres sanctos patres, Abrahamum, Isaacum, & alios, legimus maluisse conjungi suos cum propinquis suis, vt quorum ingenium & piam educationem haberent magis perspectam.[420] Et in primis certe hoc in copulandis matrimoniis quærendum, est, vt qui conveniunt conjugio, in religione & moribus probe consentiant: quod in cognatis & propinquis facilius quam in alienis licet cognoscere. Atque; nisi Christi charitas, quæ nullam moratur carnis affinitatem, dilectionem affinium excitet atque conservet, videmus affinitates cum alienis hominibus sæpenumero gravium litium potius,

[Liber 2 chapter 17 page 88]
odiorum, atque etiam nonnunquam bellorum afferre materiam, quam causam præbere latioris benevolentiæ & dilectionis. Quæ enim ex matrimoniis ad affines bona transferuntur, ea putant cognati, qui Christi Spiritu non aguntur, eripi sibi iniuria. Quamobrem equidem magis arbitror decere pios Principes, & rei publica Moderatores, vt in definiendis gradibus consanguinitatis, & affinitatis, quantum attinet ad consociationem conjugii, Dei leges, atque; laudata in sacris scripturis sanctorum patrum sequantur exempla, qua m quæ homines hac de re sunt postea commenti, & observare ceperunt. Præsertim cum & pii Imperatores legibus suis eandem potius divinam constitutionem, quam humanam sententiam sequi maluerint.

Fateor, Moysi legibus civilibus, sicut & cæremonia li bus, datis veteri populo, nos liberate Christi donatos non teneri, quod quidem ad externas attinet circumstantias, & mundi elementa[421]: tamen cum nullæ possint leges magis esse honestæ, juste ac salutares, quam quas Deus ipse tulit, æterna sapientia ac bonitas (si modo ex Dei sententia nostris rebus atque; actionibus applicentur) non video cur Christiani in rebus quæ ad ipsorum usum quoque; pertinent, non debeant magis Dei, quam ullorum hominum leges sequi. Circumcisionis, sacrificiorum, & multiplicium purificationum corporum, &instrumentorum vitæ externæ, quæ Dominus Judæis peculiariter per Mosen præcepit, nulla nobis convenit usurpatio: tamen ex iis quæ Dominus his de rebus præcepta dedit, recte & pie discimus, qua & nos oporteat religione sacrosanctum Baptisma atque; Eucharistiam tum administrare, tum sumere: quantamque; in omnium rerum corporalium usu adhibere puritatem & castitatem. Quanto igitur amplius in officio nostro est, vt ea studiose observemus, quæ Dominus præcepte, & exemplis suorum docuit de sancto conjugio, quod nos non minus quam veteres ex Dei constitutione usurpamus? Ista dicta sint de personis, inter quas conveniat copulari matrimonio.

---

419 C.35.q. 2 et 3.C.17.21. De consang. et affinit.c. non debet.

420 Sancti olim patres conjugia cum propinquis potius, quam cum alienis contrahere studebant.

421 Quanquam liberi sumus ab elementis Mosis, tamen, quæcunque; Deus per eum præcepti, ea docent & nos quæ sequi debeamus.

Ne rata habeantur matrimonia, quæ contrahuntur absque assensu eorum, in quorum potestate sunt qui contrahunt, vel fine idoneis arbitris.

CAPVT XVIII.

Iam cum in contrahendo facto connubio homines eo sere agant hodie levius & inconsultius, quo hæc societas monenti est amplioris & periculi, si non sancte coat: plenior & hic sane S.M.T. succurrere humanæ suorum imbecillitati debet.[422] Romani enim Antichristi, contra Dei & Ecclesiæ leges, quas nulla in re non conati sunt dissolvere, dogma illud summe impium invexerunt, pactionem matrimonii factam a contrahentibus, verbis (vt aiunt) de præsenti; tenere, si in pubere modo sint ætate qui contrahunt: nec quiquam huiusmodi pactioni obstare si fiat insciis & invitis parentibus, ex cæco amore, & cupiditate carnis: ac plerumque; inductione, & circumventione a lenonibus & lænis.

A constat, non piorum tantum Imperatorum legibus, sed cum ipsa quoque Dei & naturæ lege, omnique jure gentium pugnare, liberos qui in parentum potestate sunt, quicquam magni momenti instituere, aut tentare, præter parentum conscientiam & voluntatem: nedum se eorum potestate penitus eximere, usuique subtrahere, vt sit in matrimonio. Propter hoc enim, inquit Dominus, relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ. Post Deum, maximus certe honor & reverentia debetur a liberis, parentibus. Quæ vero major possit parentibus a liberis afferri contemptio & fieri contumelia, quam cum hi illorum aspernantur consilium, in re

[Liber 2 chapter 18 page 89]
tanti momenti, tantique periculi: cumque; se parentum, quorum carissima sunt pignora, subtrahunt complexu, usu, & potestate, in qua eos Deus esse tam sancte præcepit? Quocirca & Ecclesiæ priscæ, & piorum Imperatorum leges, raptum[423] esse definiunt, si quis mulierem matrimonia sibi jungat, insciis & invitis parentibus, etiamsi mulier consentiat. cum iam parata sit legibus severa vindicatio, si quis alteri invito eripiat paululum modo pecuniæ, jumentum aliquod, aut rem aliam nullo modo cum liberis conserendum: quanto severior adhiberi debet vindicta, iis qui parentibus eripiunt liberos suos, quibus nihil habent in mundo vel carius, vel pretiosius?

Quando enim parentes ipsi filias suas elocant, atque filiis suis accipiunt uxores, si quidem in Domino hoc faciant, eos sibi parant generos & nurus, qui sint eis & loco filiorum ac filiarum.[424] Ita cum liberos suos jungunt matrimonio, tam non alienant eos a se, vel amittunt eorum ministeria, vt cum elocata filia, recipiant in genero & filium; & dum filio accipiunt uxorem, filiam consequantur in nuru cum filio, & duplicent sibi filiorum ac filiarum officia: quod longe secus plerumque cadit, si illi præter parentum voluntatem conjugio copulentur.

Deus, si quid ipsi filia familias vovisset, illud ratum habere noluit, si displicuisset eius patri: & scilicet ratum esse oporteat, quod puella promiserit homini patre invito?[425]

Ex quibus S.M.T. facile intelligit, quam sit ad salutem suorum populorum necessarium, revocare, & sancire suis populis Dei & naturæ legem, contra non tam temerariam quam impiam matrimoniorum pactionem, quæ sit inconsultis & invitis parentibus: aut si illi desint, absque consilio

---

422 Coercendæ omnis in matrimonio temeritas.

423 Raptus.

424 Qui liberos suos in Domino jungunt matrimonio, geminant eos sibi, & ministreris eorum duplicant.

425 Num.30.

eorum, quos quisque parentum loco merito debeat habere: vt sunt tutores, curato res, & propinqui, patroni, & peculiares amici, singulari præstantes religione & prudentia.

Quibus omnibus si quis destituatur, tamen impie fecerit, si de matrimonio paciscatur, perpetua illa & summa naturæ humanæ conjunctione, absque consilio gravium & piorum virorum, per quos mentem & voluntatem Dei certius queat cognoscere. In levibus rei pecuniarie contractibus, rerumque, aliarum, quarum jacturam facere sæpius prodest magis quam quæstu, homines suæ dissidentes prudentiæ in consilium adhibent, quos existimant plusculum quam se in his rebus videre: quis igitur non videat, impiæ esse temeritatis, & perniciosæ libidinis, sibi assumere fodere indissolubili, quæ se corpus eius præstet & adjutorium in omnem vitam, & vitam degendam ex sententia Dei: aut tradere & addicere se pari vinculo, ei, qui debeat se caput & servatorem præbere, uti Christus se præbet Ecclesiæ suæ?

Olim apud Romanos non ratum erat divortium, nisi adhibitis septem civibus Romanis, puberibus, præter libertum eius qui divortium faciebat.[426] Quis iam dubi ter, & legitimum matrimonii contractum tantundem, si non amplius, poscere consilii, testimonii & gravitatis?

Testamenta, quibus sere tantum de externis facultatibus decernitur, firma non habentur, nisi septem testibus adhibitis, iisque viris liberis, prudentibus, probis & honestis: & rata scilicet haberi debeat, facta sine arbitro sine consultore, sine teste depectio, non corporis tantum & rerum, verum etiam animæ: qualis certe sit in contractu matrimonii, cum matrimonium sit consortium omnis vitæ, atque divini & humani juris communicatio?[427] Hæc sane impia temeritas & Levitas innumera peperit hactenus in judiciis matrimonialibus periuria, plerisque pactum matrimonium salso ab jurantibus, quod secreto & sine testibus fecissent. Quemadmodum ergo jubet lex ipsa Dei, docetis gentium atque naturæ, quodque religiose seque

[Liber 2 chapter 18 page 90]
videmus more & instituto, legibus scriptis contrarium permittentibus, omnes pios & honestos homines: id constituendum erit, vt nulla matrimonii pactio valeat, quæ facta non sit eorum consensu, in quorum potestate sunt qui contrahunt. & si qui nec parentes, nec propinquos, aut alios peculiares patronos habeant, quorum merito utantur consilio & comprobatione, ad minimum trium aut quatuor piorum & honestorum virorum consilio, assensu, & testimonio. Plerique; religiosi homines huic contractui adhibet etiam aliquem ex Ecclesiæ presbyteris, quo gravius & religiosius omnia confiant, verboque Dei & prece hæc pactio majore studio sanctificetur.[428] sane quæcunque sunt vera, quæcunque; honesta, quæcunque; justa, quæcunque; pura, quæcunque; amica & grata, quæcunque; bonæ famæ, si qua virtus, si qua avs: hæc cogitanda nobis, hæc quærenda & facienda sunt, & cuique; pro suo in Christi corpore loco & facultate. (hanc legem nobis Deus præscripsit) Iam nemo dubitat, & honestum & justum & sanctum esse, liberos sine parentum grata voluntate, nihil omnino moliri, aut tentare: nedum se eorum potestati per matrimonium omnino eximere, remque; tanti momenti & periculi sine eorum suscipere consilio & authoritate. Ita neque; de eo ambigere quisquam potest, esse sanctum, justum & honestum, vt quicunque; contrahere matrimonium instituerit, id faciant non clanculo, non pro temeraria carnis cupiditate, sed gravissimis & religiosissimis viris ad tantæ rei deliberationem & pactionem adhibitis. Et huc sane debet quisque Christianus, quos omnino possit, pro omni virili sua adducere & promovere.

Hic vero obi icitur, liberos nonnunquam impediri pudore, ne parentibus aperiant vel conjugii

---

426 ff. de Divortiis & Repudiis .L. Nullum.

427 ff. de ritu nuptiarum. L.1.

428 Philip.4.

desiderium, vel quibus cum optent copulari.[429] No nullos quoque; parentum vel diutius quam par sit, abstinere suos a connubio, vel etiam compellere ad nuptias ingratas, Sed quod de pudore adfertur, nihil est. Pudere enim liberos haudquaquam decet, castum & sanctum petere a parentibus conjugium: ea enim petitio honesta, non pudenda est. sed pudere & pigere eos debet, parentes suos a Deo contemnere, jusque; eo & divinum & humanum pro sua violare cupiditate, vt matrimonio se addicant, non accendente consilio & assensu parentum, & eorum quos parentum loco habere deceat. Hæc enim audacia, vt summe iniuriosa, ita etiam revera turpis & pudenda est. Bella scilicet ratio pudoris, non audere orare a parentibus sanctas & honestas nuptias: & mox palam spretis parentibus, contra jus & fas cohabitare cum iis, quibus non minus inconsulta, quam impia temeritate & cupiditate ipsi se copularunt?

Porro si parentes honesta liberorum vota nolint admittere, & sua in liberos potestate pergant abuti, admonendi & mitigandi sunt admonitione, precibus, atque; cohortatione: primum propinquorum & amicorum, deinde & Ecclesiæ presbyterorum.[430] Quos si omnes duri parentes aspernentur: tum debent magistratus suam interponere authoritatem, ne qui parentum improbitate vel a nuptiis diutius æquo disserantur, vel ad minus gratas nuptias adigantur: modo illi qui tam inhumanos habent parentes, non expetant jungi cum hominibus vitiosis, parumque honestis ac piis.[431] Qua de re provisum est etiam in Romanis legibus.

Ex his S.M.T. satis potest cognoscere, quam sit in eius officio, legibus & judiciis cavere, ne qui matrimonium contrahant absque; eorum consilio & assensu, in quorum eos Deus potestate & authoritate esse voluit: neve ullum omnino matrimonium citra gravium & religiosorum virorum consilium & testimonium, pactum, robur aliquod have at: sed vt debitis penis subjiciantur, qui ausi suerint in re tam sancta, & deliberationem requirente summe religiosam, tam impiam admittere temeritatem, suisque; turpissimis cupiditatibus divina & humana jura postponere.

[Liber 2 chapter 18 page 91]

An concedendum, vt promissio conjugii, priusquam conveniatur, rescindatur.

Caput XIX.

Porro altera hic oritur quæstio de Sponsalibus, hoc est, pactis matrimonii, quando omnino rata & immutabilia haberi debeant.[432] Etenim religiosi Imperatores, pactionem matrimonii non ante habendam indissolubilem censuerunt, quam cum ducta sponsa domum nuptiarum festivitas esset celebrata. Nam naturali & divina æquitate, atque; justa humane infirmitatis in deliberando & statuendo contemplatione, merito indignum existimaverunt, cum spatium aliquod datur, alios contractus momenti multo minoris renuntiandi, nondum scilicet solemni confirmatione apud magistratus adhibita, denegare id in contractu matrimonii omnium sanctissimo, & accuratissimam requirente circumspectionem & deliberationem.[433] Tamen ne nulla legitima de caussa, & cum inusta nota aliqua eius, cui promissæ

---

429 Pudor petendi conjugium a parentibus nullam habet rationem.

430 Quomodo duri parentes, ut liberis suis dignæ et expetitas concedant nuptias, ad ducendi.

431 Codex de nuptiis. L. 23.13 & 26.

432 An couneniat, exemplo veterum Christi noram principum, sponsaliorum permittere renunciationem, ante sestum nuptiarum.

433 Codex de Spons. leg. Mulier.

essent nuptiæ, pacta huiusmodi rescinderentur, penam, hanc sanxerunt, vt qui condictum matrimonium invito eo cui illud condixisset, causaque; huius re scissionis non approbata judicibus, re scidisset; ei, cui illud pactus esset, persolveret duplum arrharum, quæ pro confirmatione pacti conjugalis essent datæ: aut quanti judex pronuntiasset interfuisse vel sponsi, eam, quæ desponsa sibi esset, uxorem accipere: aut sponsæ, vel huius parentibus, ei, cui fuisset desponsa, nubere. Cum iam abunde constet, plerumque a conjugii pactione rescire & deprehendi justas & honestas caussas, ab ea pactione recedendi: certe ab officio piorum Principum alienum esse non potest, talibus hominibus eandem, quam pii olim Imperatores, facere hac in re facultatem a promisso matrimonio recedendi: maxime ubi sola matrimonii promissio, non etiam carnalis congressus intercesserit. Sicut etiam matrimonium verum non est inter eos, qui non conveniunt vera animorum consensione, pios Principes & hoc maxime spectare convenit, atque; procurare, vt nulla apud subditos eorum matrimonia, sine hoc consensu & amore connectantur. Celebrata enim nuptiarum festivitate, atque ita copia facta commixtionis carnalis, tum satis tempestivum suerit, nuptialem pactionem suam plenam accipere firmitatem.

Fateor S.M.T. legibus Romani Imperii nullo modo teneri, vt quæ liberum scilicet regnum administret, nullis alienis legibus obnoxium: tamen Christiani Principis est, amplecti & sequi, quæcunque; cognoverit uspiam esse statuta & servata, piis, sanctis, justis & equis de causis, esseque; per se & suis hominibus vera, honesta, justa, grata.[434] Quod vero in Divinis legibus & exemplis sanctorum Patrum nihil hac de re legitur, mirum non est: cum veteri populo facultas facta esse, imo datum præceptum, vt cui sua uxor omnino displiceret, nec animum suum ad justum eius amorim flectere vellet, vt eam a se, dato repudii libello, dimitteret, etiam post congressum carnalem, & longam quoque, cohabitationem, Illud itaque; satis omni pio Principi fecerit ad huiusmodi, de qua dixi, indulgentiam conjugalis pactionis mutandæ, concedendam: tum quod certum est, Antichristi esse commentum, promissionem matrimonii verbis de præsenti factam, esse insolubilem[435]: tum quod in cuiusque pii Principis munere est curare, quoad eius poterit, vt matrimonia ita cœant, sicut Dominus instituit: vt nimirum quisque conjugem suam eo accipiat affectu & amore, quo Adam legitur accepisse Evam suam: vt sperari scilicet possit, eos qui matrimonio junguntur, in unum hominem, & Dei hominem, coalituri, etc.

[Liber 2 chapter 19 page 92]

De celebratione nuptiarum.

Capvt XX.

Quo vero S.M.T. subditi, matrimonia pie pacta[436], & pactione usque ad festum nuptiarum utrinque comprobata, sancte etiam ineant, perquam pia huius ratio præscripta est in libro Sacrarum cæremoniarum huius regni. Sed plerique sacerdotum, ea quæ ad consecrationem nuptiarum recitare, admonere & precari debent, sic recitant, admonent, & precantur frigide, perturbate, & irreligiose, tum etiam plerumque voce adeo submissa, sicut & cætera sacra, vt perpauci præsentium, imo plerumque nec ipsi sponsus & sponsa fructum inde aliquem pietatis valeant percipere. Interim pars populi in templo deambulat, pars palam garrit & ludit. Quibus rebus, cum gravissima fiat Deo contumelia,

---

434 Quid Romanæ leges apud eos, qui illis non tenetur velere debeant.

435 Phil.4.

436 Quæ in consecratione nuptiarum corrigendæ sunt vitiæ tum sacerdotum, tum populi.

agnoscat S.M.T. & Hic eius requiri authoritatem, ac legem qua efficiatur, vt subditi eius ita ad nuptiarum suarum consecrationem veniant, & adsint: omnibusque quæ eis a sacerdote dicuntur, sic animum attendant, vt decet eos qui in conspectum venerint & in oculis astent Dei omnipotentis, & Christi servatoris, ipsumque per eius ministrum vel audiant, vel invocent: utque; sacerdotes, sicut veros decet Christi ministros, & mysteriorum Dei fideles dispensatores, omnia istic summa religione legant, cohortentur, & orent. Quantopere enim offendatur Deus, quantaque eius ira provocetur, cum in conspectu & in cætu eius, homines non summa eius cum reverentia & timore apparent, & sacris eius communicant viva pænitentia, & erecta side (nedum si ibi impie ineptiente, & Majestati eius illudant) ex Isaiæ I. & 58 Ieremiæ 7. Psalmi 50. multisque aliis locis Prophetarum & scriptorum Apostolicorum licet cognoscere. Hæc dicta sint de sancto connubio pie paciscendo, pactique justa comprobatione, & sancta eius initiatione atque consecratione.

De conservandis sacris conjugiis.

CAPVT XXI.

Iam[437] cum non minor cura impendi debeat, vt matrimonia legitime pacta & inita, sancte quoque serventur, quam vt pie & consulto contrahantur: operæ precium erit, constitui ad quamlibet Ecclesiam, viros singulariter graves & religiosos, qui hanc in se curam suscipiant, vt probe advigilent atque explorent, num mariti se præbeant uxoribus salutares moderatores & curatores, si uxores suas vere diligant, & cum primis ad omnem pietatem, deinde ad cætera vitæ huius commoda fideliter instituant, foveant & adjuvent. Sique uxores viris suis vere subditæ sint, & adjutoria se illis præbere studeant: sicut in primis ad omnem pietatem, ita ad omnem etiam reliquum vitæ usum. Atque; si quid illi matrimoniorum custodes secus habere inter conjuges deprehenderint, quod vel officia matrimonii sibi invicem non studiose præstent, aut alter ab altero absque justa & urgente caussa diu absit, aut suspicionibus se irreligiosæ & impuræ vitæ faciant obnoxios, aut in manifesta ruant flagitia: vt eos, quos delinquere animadverterint, officii sui graviter & tempore admoneant, ad faciendumque officium modis omnibus adhortentur, Si qui vero authoritatem horum contempserint, eorum nomina debent isti custodes matrimoniorum deferre ad ordinarios magistratus, qui pœnis quoque inflictis eius modi matrimonii violatores ad fidem matrimonii plene præstandam compellant utque ab omnibus se flagitiis, & flagitiorum probabilibus

suspicionibus contineant & custodiant. Et si qui suspiciosa cum alienis consortia admiserint, illis debent magistratus eius modi consortiis interdicere: ac si qui ea non evitarent, eos punire pro adulteris, juxta legem Justiniani Authentica 117. Nisi enim hic sons, & seminarium bonorum civium, sacrosanctum connubium, ab omni labe & perturbatione vigilantissime custodiatur, quid queat (vt & antea dixi) de bonorum civium proventu, & civitatis optata constitutione atque sanctificatione sperari? Christianis certe hominibus novimus non satis esse, abstinere a rebus factisque vitiosis[438]: verum oportere eos, omnem quoque mali speciem quam studiosissime evitare.

---

437 Singulares matrimoniorum custodes apud quam libet ecclesiam constituendi.

438 1. Thess.5.

De divortiis legitimis, quid priscæ judicarint Ecclesiæ.

CAPVT XXII.

Nune[439] dicendum venit & de matrimoniorum, si qua postulet infelix hominum necessitas, dissolutione, ea quæ Deo approbari possit. Qua in re Antichristi Romani permultos sane & exitiales miseris conscientiis laqueos connexuerunt, & proposuerunt. Vt enim se Hic quoque; supra Deum efferant, seque; & sapientiores & castiores Deo mentiantur, nullam omnino ob causam, quamlibet necessariam & honestam, facere divortium verum permittunt: interim quæ vis stupra, adulteria, & his graviora non tolerantes modo & in se ipsis, & in aliis, verum etiam palam foventes, & homines in hæc tanta mala præcipitantes.[440] Nam licet disjungant & ipsi conjuges mensa & thoro, hoc est, omni conjugali consuetudine, & communicatione: neque; id solum adulterii causa, verum etiam malæ tractationis, & negati conjugalis officii: prohibent tamen sic distractos, aliis se matrimonia copulare: quæ vis interim (vt iam dixi) probrosa eis contubernia permittentes. Pronunciant enim, matrimonii vinculum inter ita separatos manere. Quasi vero matrimonii vinculum non sit, docente & pronunciata Deo, eius modi fædus, quod conjuges ad omnis vite consortium, divinique; & humani juris communicationem consociat & constringit: itaque; consociatos & constrictos continet, servatque.

Possunt quidem Antichristi huius suæ tyrannidis aliquem ex authoritate Patrum ætatis posterioris prætextum obtendere: D. Augustini maxime, & quorundam aliorum, apud quos iam præpostera illa cælibatus admiratio invaluerat. At vero, quamvis & hi S. Patres, ex Domini verbis de divortio, non rite consideratis, docuerunt, haud licere alteras inire nuptias priore conjuge adhuc superstite, quacunque; de caussa vel vir uxorem suam, vel uxor virum suum deseruisset, aut repudiasset: tamen si observationem Ecclesiæ, & commune judicium, quod & illorum & posterioribus teporibus obtinuit, perspicias, videas nec hos S. Patres, ullum vel virum, vel mulierem, propterea de Ecclesia ejecisse, quod post comprobatum Imperatorum legibus divortium, alii se conjugi copulasset: etiamnum vivente, quo cum antea conjunctus quis matrimonio, aut conjuncta aliqua fuisset.

Nec enim primi modo Christiani Imperatores, verum etiam posteriores, usque[441]; ad Justinianum, & ultra, ob certas causas, apud judices comprobatam, verum concesserunt facere divortium: quo facto, & legibus confirmato, novas inire nuptias licebat. Quod si fieri non possit, nisi Christi gratia repudiata, & regni eius communione amissa: certe nec concedi hoc potuit a Christianis, & in Ecclesia permanentibus Imperatoribus. nec enim Episcopi ad ea, vt tum erant Episcopi veri, Imperatoribus condixissent.

Hinc videas & D. Hieronymum (quanquam plus nimio pro cælibatu zelantem) adeoque: secundis nuptiis admissis, etiam a morte prioris consortis,

[Liber 2 chapter 22 page 94]
tam iniquum) tamen ipsa rei æquitate fuisse compulsum, vt factum Fabiolæ, nobilis Romanæ, matronæ, quæ priore viro suo justas ob causas repudiato, nupserat alteri, defenderit. Missum enim viro repudium

---

439 De divortiis.

440 Antichristi Rom. tyrannis in sanctæ matrimoni, & divortia etiam præter causam fornicationis admittunt, alteras tamen jure nuptias, vetant.

441 Quid matrimonii vinculum.

eo vacare se culpa contendit, quod suerit gravissimis ille vitiis contaminatus: & quid, cum uxor adultera dimittenda sit, vir mœchus non sit tenendus. Initum autem alterum matrimonium, viro repudiato adhuc superstite, tuetur eo quod Apostolus dixit[442], Melius est nubere quam uri. Item quod idem Apostolus vult, viduas adolescentulas nubere. Fatetur enim, Fabiolam fuisse adolescentulam, & suam viduitatem servare non potuisse.

Sed objiciet aliquis, D. Hieronymum his subjecisse: Nec evangelii vigorem noverat, in quo feminis nubendi universa causatio, viventis, viris amputatur. Item: Dum multa diaboli vitat vulnera, unum incauta vulnus accepit. Componat autem æquus lector cum his, quæ hic vir Dei præmisit: Et quia, inquit, statim in principio, quasi scopulus quidam & procella obtrectatorum eius opponitur, quod secundum sortita matrimonium, prius reliquerit, non laudabo conversam, nisi prius ream absolvero. Quare enim obtrectatores vocat eos, qui in Fabiola criminabantur alterum initum matrimonium priore relicto, si non judicavit fuisse Christianæ æquitatis & charitatis, istud quanquam & ipsius sententia vitium, dissimulare, & condonare?

Iam quid sibi vult, quod subjecit: Non laudabo conversam, nisi prius rea absolvero? Quomodo enim potuit ream absolvere, nisi probando, Fabiolam, nec dimittendo virum vitiosum, nec nubendo hoc superstite alteri, tale admisisse peccatum, propter quod illa damnari jure potuerit? certe hoc ipsum & ratione evidenti, & scripturarum apertis testimoniis evitaret?

Ista si quis expendat, an non videat, D. Hieronymum, quanquam existimarit, vigorem evangelii feminis universam nubendi amputare causationem viris earum adhuc viventibus: & Purarit, Fabiolam, ignaram huius vigoris, vulnus unum secundis nuptiis suis accepisse: tamen judicasse, idque; recte, atque; ex ipso Dei verbo, vulnus hoc tanti non fuisse faciendum, vt illa propterea condemnari debuerit, aut Ecclesia Christi ei ici.

Quin & istud hinc intelligitur, hunc virum Dei, per Evangelii vigorem eam intellexisse præceptorum Christi sublimitatem atque perfectionem, quæ potuerit remitti iis qui urerentur. Nam subjecit: Sin autem arguitur, quare repudiato marito non innupta manserit, facile culpam fatebor, dum tamen reseram necessitatem. Atqui si agnovit in Fabiola fuisse nubendi necessitatem, sicut mox subjunxit (Adolescentula erat, viduitatem suam servare non poterat) certe magnam culpam attribuere ei, ex repetito conjugio haud potuit. Iam cum illam purget etiam ex verbo Dei, quo pronunciatur, melius esse nubere quam uri, & quo juniores vidue jubentur nubere: an non satis aperte declaravit, sensisse se, alteras Fabiolæ nuptias etiam ab ipso Spiritu sancto fuisse illi concessas, propter necessitatem quam patiebatur, & propter periculum evitandum fornicationis, etiamsi his nuptiis ab evangelii vigore nonnihil deflexisset?

Ex his quicunque; suerit æquo & religioso judicio, facile videbit, D. Hieronymum, sicut multos alios S. Patrum, putasse quidem, nuptias iterare post qualecunque; divortium esse quandam ab evangelii vigore declinationem, vitium, vulnus: sed quod tolerandum tamen esset in plerisque; propter carnis infirmitatem & necessitatem, ad evitandum graviora.

Si vero quis urgeat, quod Fabiola propter secundas suas nuptias publicam egerit pænitentium, quæ nemini nisi ob gravissima flagitia imponebatur: hoc recte imponebatur. Fabiolæ enim, vt pænitentium hanc ageret, injunctum non suit: sed eam ipsa ultro suscepit, uti temporibus D. Cypriani[443]

[Liber 2 chapter 22 page 95]
quemadmodum apud hunc ipsum legimus, plerosque ex populo solitos fuisse & de minoribus peccatis, propter quæ abstineri a sacris non poterant, publicam egisse pænitentium.

---

442 1.Cor.7., 1.Tim.5. Nota, Non potuisse.

443 Sermone de Lœpsis.

Concessas esse a sanctis Patribus nuptias, etiam post votum cælibatus.

CAPVT XXIII.

Noverunt præterea qui Patrum scripta legerunt, semper damnatum ab his fuisse, post cælibatus votum[444], copulari conjugio: tamen D. Cyprianus, Christi martyr, & disciplinæ Christi severissimus assertor, de virginibus Deo per votum cælibatus consecratis, ita scripsit: *Si autem perseverare nolunt, vel non possunt, melius est vt nubant, quam in ignem deliciis suis cadant: certe nullum fratribus aut sororibus scandalum faciant.* Et talium conjugia post votum facta, ne Augustinus quidem dissolvi posse censuit. Idem visum est & Papæ Gelasio, qui de viduis, post cælibatus vota nuptias repetentibus, sic respondit: quæ *si propria voluntate professam pristini conjugii castitatem mutabili mente calcaverint, periculi earum intererit, quali Deum debeant satisfactione placare: quia, juxta Apostolum, primam fidem irritam fecerunt. Sicut enim, si se forsitan continere non poterant, secundum. Apostolum nubere nullatenus vetabantur: sic habita secum deliberatione, promissam Deo pudicitiæ fidem debent custodire.*[445] *Nos autem nullum talibus laqueum debemus ini icere, sed solum adhortationes præmii sempiterni, penasque proponere divini judicii: vt & nostra absoluta sit conscientia, & illarum pro se rationem reddat Deo intentio. Cavendum est quippe, quod de earum moribus, actibus B. Paulus testatur, decens: Quod plenius exponere præterimus, ne sexus instabilis, non tam deterreri, quam admoneri videatur. Hæc ille.*

Et in hoc bono Episcopo vide, quomodo verbum Dei, cum recepta humanitus opinione pugnarit. Agnovit enim, quasdam continere non posse: & has secundum Apostolum nullatenus vetari, imo juberi nubere. Deinde quamquam judicaret tales viduas, promissam Deo, habita secum deliberatione, pudicitiæ fidem debere custodire: tamen hoc quoque agnovit, & ex Dei verbo, Episcopos & animarum curatores non debere talibus ullum ini icere laqueum. Quem vero laqueum? Prohibere tales contrahere nuptias, vel contractas dissolvere. Nam statim subjecit his: *Sed solum adhortationes præmii sempiterni, penasque, proponere divini judicii debemus, &c.* Atque causam huius sui consilii hanc subjungit: *Cavendum est quippe, quod de earum moribus, actibusque B. Palus testatur: nimirum quod aliquæ juniorum viduarum, in prima luctus sui ob ereptos maritos ægritudine, citra donum & vocationem Dei cælibem vitam professæ paulo post lascivire cepissent adversus Christum*[446]*: nam impatientia cælibatus, & cupiditate nuptiarum, quas repetere in Ecclesia puderet, Christi etiam religionem abjecerunt: & Satanam iterum conversæ sunt, priore gentilium impietate repetita.*

Certe si hic Episcopus intellexit ini ici laqueum iis viduis, quibus interdicatur nuptiis etiam post votum, siquidem in periculo versentur fornicationis: agnovit nuptias etiam post cælibatus votum esse huiusmodi viduis concedendas, quantumvis hæ primam fidem rejecissent. Quæ tamen gravius eo peccarunt, quod cælibatum temere voverunt: quam quod votum, agnita sua infirmitate, verbo Dei postposuerunt.

Obstitit plurimum huius ætatis Patribus, in his quæstionibus rite decidendis, quod non considerabant, haud posse quemlibet Christianum hominem quo vis voto teneri etiam si votum factum

---

444 Permissa in priscis ecclesiis conjugia etiam post votæ cælibatus. Lib. Epist.1.epistola 11.

445 1.Tim.5. Papæ Pelægius vult suæ conscientiæ relinqui, quæ post votæ nubunt.

446 1.Tim.5.

sit de re multis aliis hominibus sancta & laudabili, Nec enim sumus nostri ipsorum, sed Domini, & Dei nostri:

[Liber 2 chapter 23 page 96]
quamobrem nihil omnino muneris, quantumvis honesti & sancti, ipsi sumere nobis, aut voto imponere debemus, præter certam Dei vocationem, & injunctionem, Iam constat, non quoslibet vocari a Deo ad cælibem vitam. Cominus enim clare pronunciat, verbum hoc non omnes capere: atque id non eo tantum quia nolint, sed etiam quia non possint, Subjecit itaque: Sed quibus datum est. Et per apostolum Paulum, cum dixisset, Velim omnes homines esse vt & ipse sum: mox adjecit, Sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius autem sic. Porro Dominus ad quamcunque suos vitæ functionem vocat, ad eam quoque suis illos donis instruit. Qui itaque donum cælibatus a Domino non acceperunt, ac proinde uruntur, hos semper melius est nubere, quam uri, quicquid voverint. nec enim debet hominum votum verbo & pronunciato Dei anteferri, vt id scilicet nefas esse propter votum hominis ducatur, quod Spiritus sanctus pronunciat esse melius.

Habent quidem qui primam fidem Deo, de vita cælibe obstrictam rejecerint[447], χρῖμα, id est, judicium, & reprehensionem: non autem condemnationem, vt plerumque hæc vox χρῖμα latine reditur, sed non probe, Nam χατάχριμα condemnatio recte dicitur, quod & D. Epiphaniis sensit. Scripsit enim in confutatione sectæ Apostolicorum, eos peccatum & χρῖμα habere, qui decretam Deo vel viduitatem, vel virginitatem, matrimonio com mutent. subjecit autem: *Sed melius est* χρῖμα, *& non* χατάχριμα *subire. Quidam enim, quod pudeat eos coram hominibus jungi matrimonio, occulte fornicationem committunt: professi apud homines solitudinem, vel continentiam: sed apud Deum noti sunt, qui novit abscondita, & reprehendet omnem carnem in adventu suo, de omnibus quæ quisque peccaverit. Melius itaque est habere peccatum unum, & non multa atque abundantia. Melius, eum qui a cursu cecidit, uxorem sibi manifesto sumere secundum legem: & cum a virginitate multo tempore pænitentiam peregerit, introduci rursus in Ecclesiam, vt qui male fecerit, vt qui ceciderit & aliquid fregerit, opusque habeat obligatione[448]: & non cotidie occultis onerari jaculis a versutia & noxa, quam infert diabolus.* Hæc ille.

Ex his clare cernitur, & hunc Patrem opinatum, quidem fuisse, copulari matrimonio post votum omnino esse peccatum, & peccatum publica pænitentia purgandum: tamen ex verbo Dei recte judicasse, huiusmodi matrimonia inire, non solum tolerari debere, sed id etiam melius esse, iis duntaxat qui urantur, atque; continere ideo non possint.

Dicet autem fortassis quispiam, quorsum hæc tam multa de nuptiis initis post votum cælibatus: cum proposita quæstio sit de repetito conjugio, post missum vel acceptum repudium superstite eo qui repudiarit, vel sit repudiatus? Huc ista pertinent, vt plenius perspiciant hi, quos adeo movet, quod aliqui S. Patrum existimarint, nuptias post qualecunque divortium factas, damnari a Domino, hanc haudquaquam consequi conclusionem: S. Patres censuerunt vetitum esse a Domino omne conjugium, quod suscipitur superstite adhuc priore conjuge, quantumvis discessum ab eo sit legitime ergo censuerunt tale conjugium nec permittendum cuiquam esse, nec in quoquam Christiano homine tolerandum. Nam & post votum se implicare conjugio, judicaverunt iidem S. Patres, esse a Domino prohibitum: attamen ob id non permiserunt sibi nec conjugia post vota inita dirimere: nec eos qui eius modi conjugia contraxissent, consortio Ecclesiæ ejicere. Obstabant nimirum illis dicta ista Domini atque Spiritus sancti. *Non omnes capiunt verbum hoc, sed ii quibus datum est item: unusquisque donum proprium habet a Deo, alius sic, alius autem sic. &, Melius est nubere quam uri tum, Volo juniores viduas nubere, & fimilia.*

---

447 Explicatus locus 1.Tim.5. de priore side rejectæ a viduis nubentibus.

448 Perseverans tamen in suscepto matrimonio.

[Liber 2 chapter 23 page 97]

Sic extant quoque multi canones & leges, quibus sacerdotes, qui & ipsi iam cælibatum ceperant profiteri, si uxores duxissent, jubentur a sacerdotii munere removeri: nihil tamen in his sancitum legitur de talium conjugiis dissolvendis, quod hodie Papistæ faciunt: aut Ecclesiæ suæ communione privandas iis, qui talia connubia in iissent, Imo nominatim his laicorum communio concessa suit. Si iam illis S. Patribus consideratio humanæ infirmitatis, & ea divinarum scripturarum testimonia, quæ matrimonium concedunt omni urenti, persuaserunt, vt tam humanos se præberent in eos qui conjugium inivissent, violata (vt ipsi credebant side) quam obstrinxissent Deo, & dissoluto quasi conjugio, quo juncti Deo fuerant: quis dubitet, quin hi S. Patres eandem humanitatem censuerint præstandam & iis, qui post divortium, & side irritata, vt illi putabant, hominibus, nuptias novas inirent? Nec enim minus infirmi atque; urentes, & inter hos reperiuntur.

Qui sanctorum Patrum nuptias concesserunt post divortia.

CAPVT XXIIII.

Hoc certe cum ex his, quæ iam præmisimus, sit omnino perspicuum, tum planissime cognoscitur ex eo, quod Origenes commemorat de quibusdam Episcopis sui temporis, in Homilia VII in Matthæum, in qua hæc scripsit[449]: Scio quosdam qui præsunt Ecclesiis, extra Scripturam permisisse aliquam nubere, viro priore vivente. Et contra Scripturam quidem fecerunt, dicentem: *Mulier ligata est, quanto tempore vivit vir eius.* Item: *Vivente viro adultera vocabitur, fis acta suerit alteri viro.* Non tamen omnino hoc sine causa permiserunt. forsitan enim propter huiusmodi infirmitatem incontinentium hominum, peiorum comparatione, quæ mala sunt, permiserunt, adversus ea quæ ab initio fuerant scripta: Dico autem vobis, quoniam quicunque; dimiserit uxorem suam, nisi ob causam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur. Hæc ille.

Vides agnoscere & Origenem, Episcopos istos non sine omni causa permisisse mulieribus, post divortium aliis nubere viris, prioribus adhuc viventibus: & tamen scribere, Episcopos istos hæc permisisse extra & contra Scripturam. At quam omnino causam potuerunt habere illi Episcopi, concedendi aliquid extra & præter Dei Scripturam, nisi sensissent Dominum in præceptis illis suis de sancto conjugio & divortio, divortia sic prohibuisse, vt voluerit tamen eam perfectionem infirmioribus suis, in periculo versantibus deteriorum delictorum, remitti?

Quod ipsum sensisse & D. Leonem episcopum Romanum, constat ex eius Epistola LXXXV.[450] scripta ad episcopos Africanos, qui Ecclesias eo tempore administrabant per Mauritaniam Cæsariensem. Nam cum in ea Epistola inter cetera vitia, in Episcopis illis & sacerdotibus dissimulata, questus quoque; esset de quodam sacerdote, qui repudiata uxore (quædam exemplaria habent, repudiatus ab uxore) alteram duxisset: nihil tamen amplius de eo statuit, quam vt a sacro ministerio dimitteretur. Nec enim vt eius matrimonium dissolveretur, nec vt Ecclesiæ communione ipse privaretur, præcepit.

His itaque; abunde planum factum est, hanc omnino vitiosam esse consecutionem: Aliqui S.

449 Origenes & Episcopi illius temporis, omnia quanquam divortia vetitæ a Domino putarent, permittendæ tamen ea infirmioribus censuerunt.

450 Leo Rom. Epis.Epist. 85. sacerdotem, qui post divortium uxorem duxerat alteram, in eo conjugio reliquit.

Patrum judicarunt esse contra Christi præceptum, post divortium legibus comprobatum, alterum subire matrimonium: Ergo censuerunt huiusmodi conjugium nemini ulla de causa esse permittendum, aut in quoquam Christiano homine tolerandum. Nam constat eos, uti comme mora vimus, alia dissimulasse, permisisse, atque; tolerasse in infirmis

[Liber 2 chapter 24 page 98]
hominibus, quæ non minus, si non amplius, vetita a Domino existimaverunt: vt id de nuptiis initis post vota cælibatus ostendi. Sic itaque; & de nuptiis post divortia initis judicaverunt, uti ex ipsorum verbis demonstravimus. Crediderunt enim Dominum velle, quorundam præceptorum suorum perfectione his in rebus, infirmioribus hominibus suis in loco remitti, quo a graviori delictis servarentur. Est itaque; hic para logis mus, ab eo quod dictum est secundum quid, ad id quod dicitur simpliciter nam ex eo quod S. Patres nuptias post divortium aliquo modo damnarunt, concludit, eos has nuptias in totum condemnasse, nec ulli Christiano eas ulla de causa concedi posse, judicavisse: quod salsum esse, ex ipsorum S. Patrum verbis, vt ostendimus, evidenter evincitur.

Porro istam præceptorum Christi remissionem, quam quidam S. Patrum faciendam putarunt infirmioribus, de nuptiis post vel votum vel divortium initis, equidem ne quaquam admittendam sentio.[451] Quicquid enim non plane consentit cum Domini præceptis, id nemini Christianorum ullo mode posse aut permitti, aut in quoquam tolerari, nihil addubito. cælum enim & terram transire necesse est, cum de præceptis domini nullum possit decide re quamvis minimum elementa aulum, vel api culus aliquis, apud participes quidem regni Christi. Domini igitur verba de conjugio & divortio, quæ cum per se, tum Apostolum suum his de rebus pronunciavit inspiciamus ipsa & pensitamus: cumque; aliis Dei oraculis conseramus. His enim quicquid revera adversatur, id ego nemini, vt concedatur, aut vt in aliquo dissimuletur, author unquam ero. Si autem doceri poterit, cum verbo Dei congruere, imo & præcipi, vt plerisque; hominibus divortium facere verum , eoque; facto, matrimonio iterum copulari indulgeatur: authoritatem verbi Dei quamlibet doctorum & S. Patrum sententiæ merito ante ponemus: id quod omnes S. Patres faciendum este, ipsi quoque; uno ore docent.

Veneror, vt qui maxime, sanctissimos illos Christi ministros, & consensum superiorum Ecclesiarum catholicarum facio quam plurimi: id novit inspector cordium Christus Dominus: at quanto Deus superat omnes sanctos suos, omnes cum homines tum spiritus, sapientia, eloquentia, & docendi nos, quæcunque; ad salutem nostram facere possunt, benignitate: tanto debeo etiam verba & doctrinam Dei, in sacris nobis traditam Scripturis, omni num S. Patrum, imo etiam ipsorum Angelorum de cælo verbis & sententiis anteponere.

Excussa dicta Domini & Spiritus sancti, per Apostolum Paulum, de Divortio.

CAPVT XXV.

Verba autem Domini & Spiritus sancti, ex quibus concludi putant D. Augustinus, & alii quidam S. Patrum, Dominum vetare nuptias post qualecunque; divortium, viventibus adhuc prioribus conjugibus, hæc sunt. Matthæi quinto [Matt. 5:32] *Dictum est autem, quicunque repudiaverit uxorem suam, det illi libellum divortii. At ego dico vobis, quod quisquis repudiaverit uxorem suam, sine causa stupri, facit eam mœchari: & quicunque repudiatam duxerit, mœchatur.* Matthæi decimo nono: *Dicunt*

451 Nihil cuiquam concedendum contra verbum Dei.

illi: Cur ergo Moses jussit dare libellum repudii, ac dimittere eam? Ait illis: Moses ad duritiem cordis vestri, permisit vobis repudiare uxores vestras: cæterum ab initio non suit sic. Dico autem vobis, quod quicunque repudiavit uxorem suam, nisi ob stuprum & aliam duxerit, is mœchatur. Et qui repudiatam duxerit, is mœchatur. Marci decimo. *Quicunque repudiaverit uxorem suam, et duxerit aliam, mœchatur adversus illam. Et si mulier repudiaverit virum suum, & nupserit alteri, mœchatur.* Lucæ 16. *Quisquis dimittit uxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: et qui dimissam a viro ducit, mœchatur.*

[Liber 2 chapter 25 page 99]

Ad Romanos septimo: *Nam viro obnoxia mulier, viventi viro alligata est per legem: quod si mortuus suerit vir, liberata est a lege viri. Proinde vivente viro, adultera vocabitur, si se junxerit alteri viro. Sin autem mortuus suerit vir, libera est a jure viri, vt non sit adultera, si juncta suerit alteri viro.*

In priore Corinthios, septimo: *At conjugatis præcipio, non ego, imo Dominus: Uxor a viro ne separetur: quod si separata suerit, maneat innupta, aut marito reconcilietur, & maritus uxorem ne dimittat.*

Ex his locis D. Augustinus, & qui cum eo nuptias damnant, quæ post qua le cumque divortium fiunt, sic colligunt, & quidem ex verbis Domini: Dominus pronunciavit eum adulterum, qui repudiet uxorem suam item, qui repudiatam a viro suo, uxorem ducat & repudiatam quoque adulteram, si nubat alteri viro, eo superstite qui ipsam repudiavit. Apud Matthæum quidem, inquiunt, pronunciat hæc Dominus nominatim de illis, qui cum aliis junguntur matrimonio, facto divortio non fornicationis caussa. Apud Lucam autem & Marcum, ubi exceptionem istam non expressit de contrahentibus alteras nuptias post quacunque; de causa factum divortium. Hinc itaque; concludunt, obstringi adulterii crimine omnem virum, qui vorem suam repudiat, & alteram ducit: & repudiatam ipsam, si vivente priore viro copuletur alteri, etiamsi adulterii causa factum divortium sit. Cum iam adulterii admittere flagitium nemini possit Christianorum concedi, nec ferri in quoquam, putant consequi, conjugia altera sive repudia torum, sive repudiantium ulla de causa, superstitibus iis qui repudium miserunt vel acceperunt, nemini posse Christianorum ullo pacto permitti, aut in quoquam toleras.

Porro vt plenius & evidentius perspiciatur, quam vim habeat ista ratiocinatio: quædam visum est præmittere axiomata, quæ nemo Christianorum dubitare poterit esse verissima. Primum est, Nefas esse suspicari, Dominum quicquam notasse crimine adulterii[452], quod ipse in lege sua, quam venit impletum, non solutum, non permisit tantam, sed etiam præcepta. Per ipsum enim unam inter patrem & nos mediatorem, de cujus plenitudine Moses & Prophetæ omnes, quæcunque tradiderunt, acceperunt, lex quoque Dei universa ad nos est delata. Atqui permitti lege hac Dei matrimonium, post etiam qualecunque; divortium, constat ex 24 Deuteronomium ubi lex Dei ita habet.

Deum in lege sua certis hominibus divortium non concessisse modo, verum etiam præcepisse.

CAPVT XXVI.

Si vir acceperit uxorem[453], & maritaverit eam: fietque vt illa non inveniat gratiam in oculis eius, vt si deprehenderit in ea rem turpem, scribat ei libellum repudii, tradensque in manum eius, dimittat eam de domo sua. Quæ exiens de domo eius, atque abiens, nubat viro alii. Et si vir ille alius

452 I. Axioma: Christus non potuit damnare adulterii, quod olim præcepit. Matth.5., Galat.3.

453 Permissio divortii & alterius conjugii post divortium.

ceperit eam habere odio, scribatque & ipse ei libellum repudii, tradensque in manum eius, dimittat eam de domo sua: aut si vir ille posterior mortuus suerit, qui illam duxit uxorem: non poterit maritus eius prior, qui illam a se dimisit, reverti, & ducere eam sibi in uxorem, posteaquam illa polluta est nam abominatio est in conspectu Domini: & non facies peccare terram, quam Dominus Deus tuus tibi tradit in hæreditatem.

In Malachiæ autem capite secundo, etiam præceptum Domini legitur, de dimittendo uxorem, quam quis odio habeat. Nam alloquitur ibi Dominus durum, & uxoris suæ minus amantem virum, his verbis: *Custodite spiritum vestrum, ne in uxorem juventutis tuæ sis iniurius. Si quis odio habeat, dimittat, dicit Dominus Deus Isræl: & conteget violentiam tuam vestimento suo, qui ducet*

eam, a te dimissam, dicit Dominus Zebæoth: & custodite spiritum vestrum, ne iniuriam faciatis.

Ex divinæ legis testimoniis vides, Dominum populo suo, in quo certe voluit omnem vigere sanctimoniam, omniumque; foederum, maxime vero conjugalis, perquam religiosam observantiam, non permisisse solum duris corde viris uxores suas repudiare, & repudiatis mulieribus aliis viris nubere, prioribus adhuc viventibus: verum etiam diserte & graviter præcepisse, vt uxorem dimittat a se, quo nubat alteri, quicunque; animum suum inducere nolit, vt uxorem suam amet, foveatque; charitate conjugali.

Pertinere & ad Christianos, quæ Dominus populo suo veteri permisit ac præcepta de divortio.

CAPVT XXVII.

Quod iam Dominus populo suo primogenito & permisit, & præcepit: id certe suis[454], assumptis ex gentibus, quos cum illo populo suo fecit cohære des & con corpores, prohibere haud quaquam potuit. Nec enim quiquam suis unquam vel permittere, nedum præcipere potuit, quod salutare illis non esset: ita scilicet usurpatum, vt ipse præcepit, Deus enim cum sit, non mutatur vt homo.

Hæc qui religiose pensitet, quomodo is queat suspicari, Dominum credentibus subi, & servientibus sub gratia, facere voluisse flagitiosum, quod concessit & præcepit credentibus sibi & servientibus sub lege? siquidem eædem eam concessionem caussæ flagitent. Quis autem rerum humanarum prudens, & amans veritatis, negabit, & hodie pleraque; reperiri matrimonia, tam male cohærere, vt apud Isrælem populum unquam cohæserint? adeo vt sint carnificina potius quædam, ita inter se con strictorum, quam vera conjugia. Quod itaque Dominus duritiei cordium suorum concessit olim[455], vt ingratos conjuges gratis commutarent: imo præcepti viris, qui ad verum ingratos conjuges gratis commutarent: imo præcepit viris, qui ad verum uxorum suarum amorem inducere animos suos omnino nollent, eius modi fastiditas uxores se dimittere liberas, quo miseræ apud alios maritos, quod priores negassent, jus veri conjugii & justam dilectionem adipiscerentur: id haudquaquam potest non & hodie ab æque duris corde requirere, a quibus scilicet nulla potest legitima ratione obtineri, vt innocentibus & probis conjugibus suis fidem veri conjugii & officia præstent. Ad emolliendam enim

---

454 Ephes.3.

455 Dominus non minus hodie liberari vult innocuas uxores ab iniquis viris quam olim.

illam animorum duritiem, adhiberi debet non Ecclesiæ modo disciplina, verum etiam animadversio magistratuum. Quis iam sensum habens Christi dubitet, eum tam hodie[456], quam unquam antea, nolle atque; detestari, vt duro corde viri, qui uxores suas vt vero conjugali complectantur amore adduci nullo pacto possunt, hoc suum verum & perpetuum adulterium cumulent homicidio, imo parricidio? Qui enim fratrem suum odit, & iniuriis afficit, is homicidia est, & parricida: quanto magis, qui uxorem habet odio, & tanta afficit iniuria, vt se ille nolit præbere caput & servatorem, in quo foderis conjugalis ratio tota consistit? imo vt sere fieri videmus, multis aliis adfligit atque; excruciat contumeliis, & iniuriis.

Dominus itaque vt nullo tempore non succurrit & fert opem iniuria oppressis: ita semper caveri vult innocentibus conjugibus, ne sub prætextu vinculi conjugalis, pro huius sanctissimi conjugii officiis, perpetuis addicantur cruciatibus. Postremo, cum nunquam non omnem fraudem & hypocrisine Deus summopere detestetur: nec hodie committi hoc probat, vt in republica suorum, pro sancto habeatur connubio, in quo nihil omnino eorum supersit officiorum, quibus fædus conjugii plane continetur & conservatur.

[Liber 2 chapter 27 page 101]

Has iam & divertendi a salsis, & veris se jungendi conjugibus caussas, & hodie apud perquam multos, specie inani conjugii inter se constrictos re perire, nolimus velimus, fateri cogimur. Quæ igitur, malum, inconsiderato legis divinæ, ne quid gravius dicam, statuere, Christum Dominum nolle, his caussis existentibus & urgentibus, eadem cum infirmioribus, vel si ita vis, etiam malis, tum vero & maxime probis, & innocenter excruciatis conjugibus, remedia concedi, sicut verorum divortiorum: ita etiam secundarum nuptiarum? Maxime postquam & Ecclesiæ disciplina, & magistratuum severitas nihil non tentarit, quod tentari ab utraque administratione juxta Dei verbum possit, vt dura illa corda ad conjugalem benevolentiam rursus emolliantur?

CHRISTUM Dominum nullas voluisse novas ferre legas de conjugio & divortio, aut ullis civilibus rebus.

CAPVT XXVIII.

Secundum axioma, Convenit & de eo inter omnes, qui de regno & officio CHRISTI, ex divinis literis (vt necesse est facere omnes pios homines) statuunt[457]: dominum & servatorem nostrum, cum ageret in terris, haud sumpsisse sibi leges de rebus politicis vel dare novas, vel mutare antiquas: sed suos, quod ad civilem vitam attinet, subjecisse legibus cuiusque rei publicæ, in qua quisque viveret. Constat autem, matrimonium & divortium efferes civiles. Quod agnoscentes Christiani Imperatores, leges conjugales dederunt, vt & supra admonui, & earum vindicationem suis reservarunt tribunalibus. Quod nemo sanctorum & verorum Episcoporum unquam damnavit: imo vt ex sententia Epiphaniis supra adducta liquet, melius judicaverunt, vt secundum leges matrimonium, qui urerentur, inirent, etiam qui cælibatum vovissent, quam occultis Satanæ jaculis sauciarentur.

Advenerat Salvator noster prædictum peccatorum pænitentium, & remissionem. Proinde cum videret eos qui suas dimittebant uxores, nulla legitima de caussa tollere sibi ex salso intellectu legis de

---

456 Dominus tam detestatur hodie si mariti uxores excarnificante, quam olim. 1.Ioan.4.

457 Conjugium & divortium res civiles.

divortio, peccati conscientiam: revocavit verum legis intellectum, & caussam datæ legis exposuit: ac quantum peccent contra sanctissimum connubii fædus, qui uxores suas sine justa caussa a se dimittant, demonstravit, Quanquam enim præcepisset Deus duris corde viris, uxores, quas conjugali compecti amore atque fovere obstinate nollent, sua liberare tyrannide, & mala tractatione, tradito eis repudii libello, quo illæ, quam apud hos non poterant, apud alios conjugii fidem, maritalemque charitatem consequerentur, idcirco tamen haudquaquam censuit huiusmodi inhumani & præfracti animi viros, ac violatores sanctissimi conjugalis foderis, non vero teneri adulterii crimine: quo se omnino obstringunt, quicunque; desinunt uxores vt carnem propriam amare & fovere, simulatque; in eo se malo ob firmaverint.

Cum itaque Dominus videret, homines ex salso suæ legis intellectu tam grave & detestandum flagitium non agnoscere[458], verum eis legis suæ intellectum restituit ex conjugii prima Institutione, patrisque; sui, atque; suo ipsius de hac sanctissima conjunctione decreto: atque; docuit, Uxorem esse ab initio ita viro a se conjunctam, vt eam summa ille, atque; perpetua benevolentia & beneficentia susciperet, & unam se cum illa carnem præstaret: id est, unum hominem, et hominem Dei. Hanc itaque; benevolentiam ac beneficentiam qui uxoribus suis non præstent, hos pronunciavit matrimonium iam impie distraxisse, & verum admisisse adulterium, etiam nondum ducta alia uxore, vel etiam dimissa aut ejecta priore.

[Liber 2 chapter 28 page 102]

Impium esse, verba Christi ultra propositam materiam extrahere.

CAPVT XXIX.

Tertium axioma est: Cum injustum sit, cuiusquam prudentis & gravis viri doctrinam & responsa, ultra eam rem & quæstionem, ad quam data sunt, extendere, maxime vero in eam sententiam quæ prudentiæ respondentis non congruat, & aliis fraudi sit: tum vel maxime impium esse, Christi servatoris & Dei nostri responsa & doctrinam ad eum modum depravare. Ex quo intelligitur, quanta oporteat religione, hanc in doctrina & responsis servatoris nostri perversam ampliationem cavere, atque dispicere quam religiosissime, quibusnam, qua libasque hominibus suam ille tradiderit doctrinam, & responsa dederit: quamque late voluerit singula sua verba patere.

Evangelistarum narrationes decadem re esse inter se conjungendas.

CAPVT XXX.

Quartum axioma: Id esse fidem evertere Evangelistarum, sententiam Domini ulla de re ex eo velle sive restringere, sive ampliare, quod eius modi Domini sententiam aliqui evangelistarum vel pluribus vel paucioribus, quam cæteri, verbis retulerunt.

In Matthæo[459] legimus, esse a Domino beatos pronunciatis pauperes spiritu, & qui esuriunt &

458 Christus falsum legi de repudiis intellectum non legem ipsam, summovit.

459 Matth.5., Luc.6.

sitiunt justitiam apud Lucam vero, Dominum dixisse simpliciter: Beati qui esuritis nunc. Ampli abimus iamne propterea hæc Domini verba, quod Lucas verba illa (spiritu, & justitiam) narrando præteriit, atque dicemus: Dominum in Matthæo quidem tantum pauperibus spiritu, & esurientibus ac sitientibus justitiam: in Luca autem, etiam quomodo libet pauperibus, & esurientibus atque sitientibus, beatitudinem attribuisse? negabimus, illa quæ Matthæus retulit de paupertate spiritus, fameque ac siti justitiæ, narrationi Lucæ, qui ista non expressit, esse adjungenda, ac ita demum unam eandemque; & plenam Domini sententiam in utroque; loco debere consideras?

Ita Matthæum 10, & Lucæ 10. legimus[460], Dominum Apostolis suis, cum primum eos ad evangelii prædicationem amandaret, præcepisse, ne portarent binas vestes in via, neque calciamenta, neque virgam: apud Marcum autem sexto, ne quid tollerent in viam, nisi virgam tantum: & vt calcarentur sandaliis. Dicemus iam, propter ista quæ Marcus commemoravit de virga & sandaliis, Dominum contradixisse subi, atque apud Matthæum & Lucam vetuisse & virgam gestare viator iam in itinere, & uti calceis, quarum rerum usum apud Marcum tam clare non concessit modo, verum etiam præcepit? Vel intelligemus potius ex his omnibus locis inter se conjunctis, quibus eadem verba Domini recensentur, Dominum Apostolis tantum præcepisse, ne ferrent secum in via virgam defensor iam, & bina calciamenta: sicut vetuit eos sumere secum binas vestes, viator iam autem virgam, & unis uti calciamentis in via non prohibuisse?

Si cum describunt gloriosum illum Domini ingressum in Hierusalem, Marcus, Lucas & Joannes[461], commemorant hi omnes tres tantum de pullo asini, quem Dominus jusserit sibi adduci, cuique; insederit: attamen cum solus Matthæus commemoravit, Dominum jussisse adduci sibi & asinam, & pullum eius, atque; super utrisque; fuisse collocatum, nemo intelligens Scripturarum

ambigit hoc de asina a Matthæo vel solo narratum, vt esse verum, ita oportere reliquorum evangelistarum narrationibus adjungi, eoque; pacto mysterium hoc plene cognosci.

Ad hunc modum novimus, quam plurimis in locis aliorum evangelistarum narrationes contractiores, ex aliorum locupletioribus debere implere. Et scilicet istud non licet facere de responsis Domini, ad quæstionem de divortio? otiosamque potius dicere debemus, causæ stupri exceptionem, a Matthæo tam clare expressam?

Iam Matthæi quinto legimus, dixisse Dominum: *Ego autem dico vobis, ne omnino juretis.* Item: *Sed sit sermo vester, est,est, non non. Porro quod ultra hoc adjungitur, ex malo proficiscitur.* Vides hic, Dominum juramenta, si verba spectes, omnino prohibuisse: & affirmare simpliciter, ex malo emanare quicquid adjicitur simplici affirmationi & negationi. Nec extat ullum Domini apud evangelistas dictum, quo ullam jurandi caussam excepisset, sicut excepit divortii. Attamen nos, considerantes quod Dominus non potuit prohibere, & facere vitiosum hoc in loco, quod & ipse fecit, & prædixit sanctos suos facturos ex vera & laudanda pietate: recte dicimus.[462] Dominum in Matthæo salsa modo & otiosa vetuisse juramenta, quæ homines sermoni suo vulgari irreligiose solent admiscere: voluisseque suos ad eam mutuam fidem adducere, vt non opus haverene, in rebus scilicet communibus, ampliore sermonis sui confirmatione, quam per simplex Est, & Non, Juxtaque agnoscimus & fatemur, sicut Dominum, suo est & Non, non ex malo, sed ex bono adjecisse suum Amen, Amen: ita & D. Apostolum ex eodem bono spiritu benevolentiæ suæ erga Judæos esse testatum, adjuncto juramento, per Christum ipsum, per

---

460 Evangelistarum narrationes concisior es, esse ex copiosi oribus implendas.

461 Marc.19., Luc.19., Ioan.12.

462 Quod Dominus dixit, omnino non jurandum esse, & ex malo venire quod præter est, & non, adjicitur, quomodo intelligendum. Rom.9.

Spiritum sanctum, & conscientiam suam: atque ideo esse omnino laudandos, nec ullo modo vt præcepti Christi violatores, vituperandos (vt canit Psalmi. 63.) quicunque jurant per Dominum, bona scilicet side, & in rebus atque attestationibus quæ faciunt ad illustrandam Dei gloriam, in procuranda salute proximorum. Merito enim nos in hanc sententiam & interpretationem Domini adducunt ista divinarum Scripturarum oracula.

Deuteronomium sexto[463]: *Dominum Deum tuum revereberis, ipsumque coles, &innomine eius jurabis.* Item eodem libro, capitulus decimo: *Dominum Deum tuum revereberis, ipsumque coles, ei adhærebis, & per nomen eius jurabis.* Et Isaiæ quadragesimo quinto: *Per memet ipsum juravi, egredietur de ore meo justitiæ verbum, nec avertetur quod mihi se jurabit omne genu & jurabit omnis lingua.* Item apud eundem vatem, sexagesimo quinto: *Qui bene precabitur sibi in terra, bene precabitur sibi per Deum verum: & qui juraverit in terra, jurabit per Deum verum.* Et Jeremiæ quarto. *Jurabis, vivit Dominus, in veritate, in judicato & in justitia.*

Ex his enim locis, & similibus, cum clare videamus, Dominum nostrum IESVM CHRISTUM & jurasse ipsum in loco, & proprium suorum pietatis officium pronuntiasse, jurare per nomen suum in veritate, judicio, & justitia: atque; sciamus, quod CHRISTUS Dominus secus pugnare non potest, neque ullo tempore suis facere vitiosum, quod antea definivit esse pietatis officium: ipsa necessaria scripturarum consensione, & Domini in verbis suis constantia, eo adducimur & compellimur, vt verba

eius apud Matthæum, quibus videtur prohibuisse jurare omnino, hoc est, quovis animo, & qualibet de caussa, atque proficisci ex malo pronuntiasse quicquid ad Est & Non adjicitur: intelligamus de salsis modo & otiosis, ac cotidiani sermonis juramentis, & non simpliciter de quolibet jure jurando. Itaque quod dixit esse ex malo, quicquid ad EST & NON adjicitur: interpretemur, non de malo jurantis spiritu, sed de malo dissidentia, quod in eo est, cui vt hoc malo

[Liber 2 chapter 30 page 104]

liberetur, remedium adhibetur juramenti, idque ex bono charitatis spiritu: sicut & bonæ leges dicuntur venire ex malis moribus, quibus debeant mederi.

Ad hunc itaque modum cum intelligamus, atque interpretemur permultos Scripturarum locos, quæ nam ea est superstitio & inhumanitas, hac verborum Domini necessariam atque salutarem conciliationem atque interpretationem non admittere, & in explicandis responsis eius de divortio: in cujus tamen prohibitione causam stupri excepit, idque; verbis tam manifestis & disertis?

Iam intra hæc axiomata nos[464], & principia, religiose contineamus: semperque consideremus, primum Christum Dominum de ea lege, quam ipse dedit populo Israelitico, nullum unquam elementum aut api culum de traxisse[465], sed verum tantum eius intellectum & usum revocasse: quæque eidem populo concessit olim, pro infirmioribus in eo hominibus remedia, ea credentibus subi, sub gratia evangelii haudquaquam fecisse vitiosa, ubi par urgeat infirmitas. Deinceps, non venisse, vt ullas de rebus civilibus, uti matrimonium est, & divortium[466], leges aut daret novas, aut extantes iam vel suas, vel gentium immutaret, quæ quidem leges haberi possint: hoc est, quæ justæ sint, & naturali consentientes æquitati atque honestati.[467] Tum maximopere esse cavendum, ne quæ docuit Dominus, &

463 Scripturæ, quibus piæ laudentur juramenta.

464 Quatuor axiomatum brevis repetitio.

465 Axioma 1.

466 Axioma 2.

467 Axioma 3.

respondit de matrimonio & divortiis, ultra propositum & institutam responsionem extrahamus.[468] Postremo, aliorum evangelistarum narrationes concisior es, per aliorum uberiores esse implendas, & inter se conciliandas: quin etiam adhibitis quibusuis scripturarum locis, eisdem ac etiam similibus de rebus interpretandas.

Sicque præmonitis & communitis animis, inquiramus iam, quæ sit certa & indubitata Domini de divortiis, & alteris post facta divortia nuptiis sententia. Atque inquiramus hanc, secundum eam regulam, quæ in omnium bonorum autorum scriptis interpretandis, ab omnibus eruditis & probis viris observatur, quamque omnes S. Patres & in D. Scripturarum elucidatione cum ipsi sunt secuti[469], tum summa sequendum religione docuerunt: Vt nimirum primum omnium præmissa pia prece ad Dominum, qui solus mentes suorum aperit, vt Scripturas rete intelligant, ipsa Domini de proposita quæstione verba cum timore eius & summa reverentia excutiamus: tum ea dem cum cæteris omnibus, quæ in D. Scripturis, de iisdem rebus, conjugio & divortiis nobis prodidit, conseramus & componamus,

Primum itaque videamus de iis Domini verbis quæ leguntur Matthæi quinto, & decimo nono[470]: atque inquiramus, num bis Dominus concesserit, existente causa adulterii, uxorem adulteram repudiare, & hac viva alteram ducere. Tum dispiciamus, nam parius faciat honestæ matronæ in virum adulterum.[471] Postea consideremus & ea Domini verba, quæ de conjugio & divortio pronunciavit per apostolum suum Paulum: atque; cognoscamus, quid in illis de eius modi divortiis & nuptiis vel permissum ab eo sit, vel negatum.[472] Deinceps investigemus, quid Dominus aliis in locis legis suæ, de iis divortiis, & insequentibus nuptiis decreverit, quæ alia quam stupri causa fiunt.[473] Postremo, quomodo illa consentiant cum iis Domini pronunciatis, quæ leguntur in evangelistis, & apud Paulum apostolum.[474]

[Liber 2 chapter 30 page 105]

An Dominus in verbis suis quæ Evangelistæ commemorant, Matthæus, Marcus & Lucas, verum concesserit divortium ob causam fornicationis.

CAPVT XXXI.

Divus Augustinus, & qui cum eo faciunt, dicunt, vt supra quoque memini, etiam his verbis Dominum, quæ per Matthæum sunt commemorata, nuptias in universum vetuisse, post qualecunque divortium factas: sed obscurius, & per synecdochen: qua ex parte scilicet, hoc est, ex prohibitis nuptiis post divortium factum, non stupri causa, intelligere debeamus, vetitas quoque esse nuptias contrahere, renuntiato repudio stupri causa: siquidem in vivis adhuc sit hac de causa repudiata. Hancque sententiam putant illi hinc confirmari, quod in Marco & Luca, ista de stupri causa exceptio expressa non sit.

Sed constat, omnes hos tres evangelistas, eandem Domini sententiam voluisse commemorare: &

---

468 Axioma 4.

469 Regulæ Scripturas vere interpretandi.

470 Distributio sequentis tractationis.

471 II.

472 III.

473 IIII.

474 V.

solere verba, factaque Domini alium alio fusius & explicatius enarrare: vt narrationes aliorum breviores, ex aliorum narrationibus uberioribus oporteat implere. quocirca nemo sane negare potest Marcum omnino eandem, quam Mattheum, Domini responsionem datam hac de re Pharisæis, exponere. Quæ ergo fingi queat causa, cur non huius narrationi, causæ stupri exceptio, tam diserte expressa a Matthæo, debeat adjungi? Atqui si constat, hanc exceptionem, vt certe constat, & in Marci narratione intelligi debere: quæ erit ratio, cur non & D. Lucæ commemorationi ex Matthæo adhibenda sit: quandoquidem & ille eadem Domini verba de divortio reponere voluit, quæ exposuit Matthæus, sive quinto, sive decimo nono capite? Ad hæc, cum nullius boni viri verba fas sit extrahe re interpretando, ultra id quod verbis ipse suis expressit, & aliis quoque; eius verbis & sententiis congruat: haudquaquam licere poterit, Domini verba, apud Marcum & Lucam, ad qualicunque de causa factum divortium ampliare: postquam Dominus repudium his verbis prohibuerit simpliciter tantum, non addito, quacunque de causa: & causæ stupri exceptionem expresserit duobus Matthæi locis tam plane ac diserte.

Verum, qui diversam tuentur sententiam, negant, vt dictum, exceptione ista concessum esse a Domino mittere repudium in causa adulterii: sed tantum vetitum esse hoc facere alias ob causas, quam adulterii. At si hoc dicamus, plane otiosam faciemus illam causæ stupri exceptionem apud Matthæum: negareque oportebit, Dominum ad propositam quæstionem respondisse directo & simpliciter, vt veritatis doctorem decebat: quod utrumque horrendam in se continet æternæ sapientiæ Dei contumeliam & blasphemiam.

Sicut ergo religio esse debet omni Christiano homini affirmare, in verbis Domini aliquid inesse otiosum, aut minus simpliciter atque directo responsum[475]: ita certe religiosum & illud haberi oportet, dicere, Dominum verbis suis & responsis de divortio, & altero post divortium conjugio, tantum vetuisse divortium facere, & novas contrahere nuptias, extra adulterii causam: non autem concessisse hæc, causa urgente adulterii. Quid enim omnino fingi queat aliud, propter quod Dominus prohibitioni divortii adjecerit istud, *nisi ob causam fornicationis:* quam concessio veri divortii fornicationis causa, si extiterit?

Sed conseramus iam hæc ipsa Domini verba, & cum aliis eius his de rebus dictis & pronunciatis, Nec enim potest quicquam in verbis Domini a se invicem discrepare. Atqui si rite considerentur, quæ Dominus aliis in locis prænunciavit, de matrimonio, de adulteris, deque; divortiis: certo prospicietur, eum omnino nolle

[Liber 2 chapter 31 page 106]
viros bonos, nec retinere, aut rursus recipere adulteras: nec etiam destitutos uxoribus in periculo versari fornicationis: in quo certe detinentur, quicunque uruntur. Quæ cum ita constituta sint a Domino, quis non videat hinc effici, placere omnino Domino, vt viri, cum repudient uxores, quas deprehenderint admisisse adulterium, ducant, siquidem urantur, alias, quas sperent foderis conjugalis sanctissimi fore servantes?

Adulter as manifestas non posse retineri matrimonio, vel rursus recipi a vere Christianis viris.

CAPVT XXXII.

---

475 Aut non respondit Dominus de divortio, aut admisit illud causæ existente stupri.

Quod autem Deus nolit adulteras vel retineri a viris suis, vel dimissas rursus recipi, id ipse clare docuit in lege sua De repudio: in qua vetat, repudiatam etiam quavis de causa iterum a priore viro in conjugium admitti, postquam nupta illa semel fuisset viro in conjugium admitti, postquam nupta illa semel fuisset viro alteri: etiamsi ab huius, cui post factum cum priore divortium juncta suit, vinculo rursus asset legitime soluta, sive huius alterius viri morte, sive per divortium. Adjicitque Dominus, huius prohibitionis suæ causas sane gravissimas: Esse scilicet talem mulierem pollutam: & recipere eam, esse abominationem in conspectu suo: terramque, hoc est, & Ecclesiam & Rem publicam populi Dei, peccato huius turpis Levitatis contaminare, & obstringi. Sic enim habent verba legis[476]: *Si vir ille alius, cui nupta suerit repudiata a viro priore, eam habere odio ceperit scribatque & ille ei libellum repudii, tradensque, in manum eius, dimittat eam de domo sua: aut si vir ille posterior mortuus suerit, qui illam duxit uxorem: non poterit maritus eius prior, qui illam a se dimisit, reverti, & ducere eam sibi in uxorem, posteaquam illa polluta est. Nam abominatio est in conspectu Domini: & non facies peccare terram, quam Dominus Deus tuus tradet tibi in hæreditatem.*

Si iam Deus judicavit rem adeo esse flagitiosam, recipi mulierem a marito priore, quæ etiam legitimum post divortium alteri viro, item legitime suit conjuncta: vt dixerit, esse hoc sibi abominationi, terramque populi sui peccato polluere, & obnoxiam facere: quomodo possit nunc probare in populo suo, quem non minor quam veterem, sed amplior etiam decet sanctitas, recipere mulierem, aut tenere, quæ se commiscuerit cum alieno viro per adulterium? Nec enim mutat Deus sententiam suam.

Adulteros & adulteras morte puniendos esse.

CAPVT XXXIII.

Porro, quantum Dominus detestetur retinere, aut iterum admittere adulteram, & ex eo certe debet perspici, quod lege populo suo præcepit, idque; summo misericordi & salutari judicio, adulteros lapidare. Probeque, considerandum, quod huic flagitio a populo suo profligandos, hanc decrevit penam lapidationis, qua omnis populus manus suas talium sanguine sanctificaret: eoque; gratum ipsi faceret sacrificium, atque tanti sceleris contaminatione & culpa tum Ecclesiam, tum Rem publicam suam liberaret. Atqui manifesta est in Dominum blasphemia, dicere, eum non æque nunc velle, deterrimum istud adulterii flagitium, de populo suo summa severitate profligari.

Certe ipse servo suo Constantino in animum immisit[477], vt antiquam Romanorum legem de feriendis gladio adulteris revocaret[478], vigor anque; eius tueretur. Nec enim possunt ista vehementium cupiditatum flagitia, a multitudine, nisi severis simis penis arceri, vt scilicet ab his homines non probrum modo, sed mortis

[Liber 2 chapter 33 page 107]

quoque; metus absterreat. Quod videre Dominus dedit etiam sapientius inter gentes. Adeo, vt vix ullam

---

476 Verba Dei, quibus prohibet uxorem semel junctam alteri viro rursus in uxore accipere.

477 Inst. de Publica Judiciis. Codex Ad Legem Juliam de adult. I. Quamvis.

478 Flagitia, ad quæ ardentiores & innatæ impellunt cupiditates, non nisi severis. Penis possunt arceri.

legas fuisse gentem, quæ vel aliquid politiæ habuerit, quæ non severius in scelus adulterii animadverterit, quam hodie soleant plerique; Evangelici, vt vocantur, Principes, rerumque; pubi moderatores. Ad minimum enim publica infamia, aut corporis mutilatione, si non mortis supplicio, adulteros & adulteras punivisset illi leguntur.

Zaleucus princeps Locriensium, cum adulterio penam sanxisset exoculationes, & hanc penam universus populas oraret filio eius adulterii convicto, remitti[479]: erui sibi fecit potius unum oculum, & filio unum, quo legi suæ satis fieret, quam vt ullum a se indulgentiæ in adulteros exemplum prodiret. Apud Germanos, quos Romani & plerique; alii inter barbaros numerant, scribit Cornelius Tacitus, nullam fuisse publicatæ pudicitiæ veniam: & adulteris hanc penam constitutam, vt maritus deprehensam in adulterio uxorem accisis crinibus, & nudatam coram propinquis expellerent domo, ac per omnem vicum verbere ageret. Apud Persas, Armenios, & multas alias gentes, jus marito suit, uti & hodie apud Germanos est, idque; legibus Romanis concessum, deprehensum adulterum cum uxore interficiendi. Romanæ leges faciunt hanc potestatem & parti in filiam, & eius adulterum.

Hæc vero hoc flagitium deterrimum, cuiusque; noxa tam late patet, severitas, sicut est consentanea legi Dei: ita est æquissima, atque; summe salutaris, non modo rebus publica verum illis ipsis quoque; hominibus qui in adulteria sunt prolapsi, quos jubet illa tollere ex hominibus. Quare dubitari non potest, eam profectam esse ex Spiritu sancto, a quo solo hominibus vera & honesta omnia immittuntur. Ex his vero quis non plane videat effici, adversari omnino sententiæ Domini, adulteram, quam prohibet relinqui in vivis, a marito in gratiam & conjugalem rursus societatem, atque; adeo in præcipuam feminei sexus dignitatem admitti?

Sed hic obi icitur, nunc esse tempus gratiæ, lenitatis, & misericordiæ[480]: non iræ, non severitatis, non acerbitatis. Recte quidem: sed nec tempus est divinæ iræ in universum eius populum pro vocandæ, & vindictæ eius intolerandæ in Ecclesias accensendæ, per tanti impunitatem flagitii, & dissimulatam tam horrenda, sicut domus in qua adultera manet, ita totius quoque; terræ, in qua illa versatur, contaminationem: denique per gravissimum dissolutionis offendiculum, quod tam execrandi sceleris impunitate obi icitur infirmioribus.

Opponitur vero & illud: servatorem nostrum, cum in carne hic versaretur, oblatam adulteram, non solum ad lapidationis, aut ullum aliud supplicium non condemnasse[481]: verum qui eam ipsi obtulerant, atque; de supplicio legis ab eo fuerant nominatim sciscitati, hos scriptione in terram, atque; dicto illo (Qui absque; peccato est, primus in eam lapides jaciat) etiam ab accusatione adulteræ, nedum ab eius condemnatione abs terruisse, ipsamque; miseram in adulterio licet deprehensam, placide a se his verbis dimisisse: Nec ego te condemno: vade, & noli amplius peccare. Hanc itaque Domini lenitatem, patroni adulteriorum verbis perquam magnifice adornant, & imitandam Principibus & magistratibus contendunt. Sed nemo ad regnum Christi, eruditorum ignorat, Dominum non advenisse in hunc mundum, vt esset legis & gladii, sed gratiæ tantum & evangelii administer: prædicaretque omnibus peccatorum pænitentium & remissionem, non afficeret suppliciis flagitiosos. Iam adduxerant Domino adulteram Pharisæi, nullo studio vindicandi tantum flagitium: sed magis animo illi insidiandi, & responsum ab eo quod calumniarentur eliciendi. Ad hæc, non habebant tum illi lapidandi quemquam potestatem, servientes Romanis. Nulla itaque; erat Domino causa de

[Liber 2 chapter 33 page 108]

---

479 Ignaræ Dei gentes, gravius puniverunt adulteria, quam hodie principes et magistratus Evangelici.

480 Refutatio objici entium, nunc tempus esse gratiæ, non severitatis.

481 Obiectio, de dimissæ a Domino adultera. Ioan.8.cap.

lapidanda adultera quicquam illis respondere. Causa autem erat; vt securos de peccatis suis maximis admoneret, eorumque conscientiam eis commoveret: hoc itaque fecit. Sic & adulteram ad resipiscentiam adhortatus est, non condemnavit ad ullam civilem penam: nec enim, vt dixi, gladii potestatem administrabat.

Instant vero, qui scelerum impunitatem, non pænitentium quærunt: si cum adulteris agatur humanius ,eo facilius illos ad pænitentium commoveri. Cumque Christus servator animas nostras sibi baptismate desponsat, & spirituali connubio junctas adeo clementer recipere soleat in gratiam, etiam post gravia admissa cum multis creaturis adulteria: cur non etiam pius maritus uxorem adulteratam, siquidem eam flagitii sui pœniteat, retinere in conjugio, vel recipere debeat?

Atqui tum credi posset, eos qui hunc paralogismum comminiscuntur[482], agere serio, si eundem paterentur valere paralogismum & in eos, qui ipsorum mammona, taceo honores & vitam, tentarunt. Si enim impunitas scelerum, & sceleratorum hominum in priorem locum dignitatemque restitutio, homines sceleribus implicatos ad pænitentium adducit: cur non condonant sic facile hi tam clementes in adulteros, & iis peccatum suum, eodemque; eos habent apud se loco, quo antea, quos deprehenderunt suam defraudasse pecuniam, ob læsisse famam, avertisse honores?

Neque enim tanta, vel susurrando res, vel obscurando famam, vel honores imminuendo infertur viro bono contumelia, & iniuria: quanta adulterio uxoris. quocirca & Dei, & Imperatorum legibus, adulteris capitis pænitentia, est, furibus autem, restitutionis dupli, aut quadrupli: calumniatori infamiæ: illis qui obstant alienis honoribus, nulla, nisi id insigni fecerint iniuria. Sed ab his qui ista obi iciunt, non peccatorum pænitentia, aut correctio, vt dixi, sed morum queritur dissolutio, & licentia libidinum.[483] Nam quis istud non agnoscat, si ad veram scelerum suorum homines possunt pænitentium permoveri, tum maxime ad eam excitari & impelli, quando justæ de eis propter admissa peccata penæ sumuntur? Quid? Et Plato tamen agnovit, iis qui in scelera inciderunt, bonum esse, & expetendum ac quærendum vt luant scelerum suorum penas: malum vero ac defugiendum, eas penas non persolvere. Plurimum quoque interest, inter recipere eos qui peccarunt, peccasseque se dolent in gratiam Dei, atque hominum secundum verbum Dei: & remittere illis decretas a Deo penas, atque in priorem eos restituere gradum dignitatis. Vult enim Dominus, eorum qui in graviora prolapsi sint flagitia, probris & suppliciis & alios a peccando absterreri. Atque si adulteram Dominus velit resipiscere, & flagitii sui immittere pænitentium, huc illa, vt dixi, citius per movebitur, si admissi sceleris justas persolvat penas, quam si eas evadat. Et si vere de flagitio suo doleat, salutarique eius agitetur pænitentia, malet prosecta ipsa, legitimas persolvendo penas, contumeliam quam fecit Deo per adulterium suo compensare supplicio: & quod Ecclesiæ Dei suo inflixit scelere, vulnus dissolutionis & nequitiæ, rursus justam sustinendo, atque ita confirmando quoque legum severitatem, sanare: quam inultum serendo suum flagitium, causam dare & majestatem Dei gravius ob lædendi, & tanti flagitii audaciam inter filios Dei amplius augendi, conculcatis scilicet sanctissimis Dei legibus, & neglecta justa contra flagitia animadversione.

Ex his indubie planum sit omni timenti Deum, & verbum eius reverenti, Christo Domino haudquaquam placere, vt adulteram quisquam retineat, aut recipiat semel dimissam: eaque præpostera & turpi clementia, non domum modo suam, sed & Ecclesiam & rem publicam suam flagitio isto

[Liber 2 chapter 33 page 109]
contaminet, abominandamque; faciat Deo & hominibus: sed requirere potius a suis Principibus & Magistratibus, vt de adulteris constitutas a se, idque; ex verissima, non solum in Ecclesias & res publicas suas, verum in ipsos etiam adulteros, clementia, penas reposcant.

---

482 Qui gravius puniunt inique attrectantes pecuniam, famam pecuniam, famam, honores, quam fidem conjugii, licentiam quærunt libidinum.

483 Sumendo, non remittendo penas, pænitentiæ excitatur peccatorum.

Huic autem si suo Principes & magistratus officio desint, nec tollant ē vivis adulteras[484]: ii autem viri, qui adulteras ex Domini præcepto a se dimiserunt, ex eorum sint numero, qui verbum castrationis propter regnum cælorum non capiant, donumque; acceperint a Domino casti conjugii, non cælibatus, eoque; urantur: quis Christi sensum habens, universamque eius de conjugio sententiam rite considerans, possit suspicari, Dominum his voluisse alteris nuptiis interdicere? cum per Apostolum suum ipse pronuntiarit, melius esse jungi matrimonio quam uri? & propter fornicationem vitandam, unum quemque debere havere (non retinere tantum quam habeat, vt quidam hanc sententiam depravant) suam uxorem propter fornicationem vitandam? in cujus certe flagitii periculo versantur, quicunque; donum cælibatus Domino non acceperunt.

Nequit enim Dominus secum in suis verbis & præceptis pugnare. Manifestum autem est, hæc pugnare inter se: Adulteram nemo vir retineat: nec alteram uxorem ducat, adultera rejecta. & Propter fornicationem evitandum unusquisque suam uxorem habeat. Item, Melius est nubere, quam uri. &, Non omnes capiunt hoc verbum de cælibatu vero, sed quibus datum est. Continentur enim his ista pronunciata: Vir cui uxor deprehensa in adulterio est, uxorem habeat si uratur: & uxorem non habeat.

Postremo quomodo possit mens pia Christo Domino hoc attribuere, vt quemquam suorum velit propter alienam culpam periculo subi ici, sicut fornicationis, ita æterni exitii[485]: cum tam diserte testatus sit, unum quemque; ob suum tantum proprium, ac nullum alienum delictum esse puniendum?

Ista qui pie & religiose ponderaverit, is quanam pacto queat dubitare, Dominum existente causa stupri, divortium duobus apud Matthæum locis planissime concessisse[486]: eamque ob rem, istam causæ stupri exceptionem, debere ex Matthæo, verbis & responsis eisdem Domini apud Marcum & Lucam adjungi: sicut in pluribus aliis locis concisior es unius aut alterius evangelistæ narrationes, ex latioribus quas apud alios evangelistas legimus, implere solemus. Cumque; constet Dominum respondisse de divortio plane & simpliciter, atque de eo divortio, de quo erat interrogatus, & quod lex ipsa permittebat, de vero scilicet divortio, quo facto ad alias liceat transire nuptias: nihil prosecta causæ potest asseri, cur dicatur, Dominum permisisse quidem uxores adulteras repudiare, non autem alias ducere, adulteris ejectis. Porro, si consensus in hanc interpretationem requiratur veteris Ecclesiæ, constat sane Origenem eam probare: vt legere licet in Homilia eius septima in Joannem. Nec dissentit Ambrosius, vt mox indicabimus.

An liceat & mulieribus repudiare viros adulteros, & aliis numere.

CAPVT XXXIIII.

Hic autem, qui ad quævis impudica & nefaria contubernia, stupra & adulteria possunt connivere facilius, quam ad legitima divortia, atque inita post hæc conjugia, objicient: ex his omnibus, quæ hactenus de responsis Domini ad quæstionem de divortiis, & insequentibus ea nuptiis, disputavimus, nihil effici amplius, quam factam esse a Domino viris potestatem uxores adulteras repudiandi: & his

484 Cum velit Dominus adulteras tolli ex hæc vitæ non vult ut mariti eas retineant. Matth.19., 1.Cor.7.

485 Vir innocens propter uxorem adulteram puniri non debet.

486 Iechez.18., Matth.10., Rom.2., 3?.Cor.5.

repudiatis, alias ducendi. De mulieribus autem, quod idem habeant juris in maritos adulteros, nihil hinc concludi. De hoc ergo, quid & oppressis iniuria uxoribus concedatur a Domino, nunc videndum est.

D. Ambrosius[487] in septimum prioris ad Corinthios caput, aperte agnoscit: esse viro quidem concessum, vt uxore adultera repudiata, aliam ducat: negat autem idem permitti uxori in virum. rationem vero huius suæ opinionis nullam adfert aliam, quam quod vir sit caput mulieris, & quod inferior non omnino hac lege uti debeat qua potior.

D. autem Hieronymus scripsit[488] in Epitaphio Fabiolæ: Quicquid viris jubetur, hoc consequenter redundare in feminas : neque adulteram uxorem dimittendam esse, virum mœchum tenendum. Et si qui meretrici jungitur, unum corpus facit cum ea: etiam eam quæ scortatori, impuroque sociatur, unum cum eo corpus effici. Et paulo post: Apud nos, quod non licet feminis, æque non licere viris, & eandem servitutem pari conditione censeri. Atque hæc Hieronymi sententia cum verbo Dei consentit. primum enim negat Spiritus sanctus, in Christo esse marem aut feminam: quo docet, in rebus omnibus quæ ad pie sancteque; vivendum, id est, ad salutem pertineant, mulierem perinde habendam atque virum. Quanquam enim in suo se illa ordine & loco debeat continere, viroque suo ita se subi icere, vt Ecclesia se subi icit Christo: hac tamen subjectione jus illud honestæ matronæ haudquaquam adimitur, vt eam, quam ei Dominus decrevit, quærat ob odiente se viro liberationem, legitima quidem via & ratione. Nec enim uxor viro a Domino subjecta est, vt ei pateat ad quaslibet contumelias & iniurias: verum vt eo capite fruatur, atque; servatore, sicut Ecclesia Christo fruitur. Nec ad servitutem uxor viro mancipatur, vt quiduis ab eo perferat: verum cum eo libera conjungitur sancti conjugii fodere, vt ab eo diligatur & foveatur, tanquam eadem cum ipso caro, sicut Ecclesia diligitur & fovetur a Christo: ipsaque; se viro præbeat corpus & adjutorium, &c. Hinc Spiritus sanctus per Apostolum ita pari jure virum & uxorem censeri apud Deum (utcunque; uxor inferior viro, & subjecta sit) affirmavit[489], in rebus quæ sunt foderis conjugalis, mutuæque benevolentiæ: vt pronuntiarit, ita uxorem in corpus viri habere potestatem, vt vir habet in corpus uxoris. Haud firma igitur est. D. Ambrosii ratio, qua ex eo quod mulier subjecta sit viro, & quod inferior, non eodem quo superior jure censeatur, colligit, mulierem non idem quod virum jus habere divortii & confugii.

Deinde Malachiæ secundo, Dominus viris habentibus uxores suas odio, diserte præcipit, eas a se dimittere: neque tanta adficere iniuria, vt sub specie connubii detineant miseras, ad suas tantum contumelias & iniurias sibi constrictas. Pronunciavit ergo hoc loco Deus, uxorem iniuria teneri salso matrimonii uni culo, ab eo viro, a quo habeatur odio. Iam requirit Deus tot in locis legis suæ a magistratibus, vt vindicent ac liberent omnes iniqua potestate oppressos, & iniuria affectos, Hoc igitur magistratuum officium, cum a Deo ipso tantopere exigatur, implorare piæ mulieres debent, si videant suam cum viris se odi entibus, conjunctionem obesse saluti cum virorum, tum suæ. Impiæ enim in gratitudinis est, oblatis a Deo remediis non grato uti animo contra mala, quæ quo minus bene beateque; vivas, obstare sentiuntur.

Postremo Dominus subi icit nos in rebus politicis cuiusque; rei publicæ legibus, in qua versamur. Leges autem piorum Imperatorum, quas quilibet Christianus Rex, Princeps, ac res publica, quatenus cum lege Dei consentire agnoverit, sequi potest, faciunt etiam uxoribus potestatem & repudium mittendi viris, & alteras suscipiendi nuptias, post annum a divortio. Tanto enim tempore requirunt legas, vt innuptæ maneant, quæ viros suos

[Liber 2 chapter 34 page 111]

---

487 Opinio D. Ambrosii.

488 Sententiæ D. Hieronymi.

489 1.Cor.7.

repudiarint, vel repudiate sint ab illis, ne qua de prole oriatur dubitatio. Potestatem vero istam repudii mittendi viris, & aliis viris nubendi, concedunt iis omnibus mulieribus, quæ viros suos vel adulterii, vel aliorum flagitiorum & scelerum, quæ *l. Consensu. Codex De nuptiis*, enumerantur, in judicio convicerint.

Hæc itaque qui rite ponderavit, Dominum primum, virum & uxorem perinde habere in rebus pertinentibus ad æternam salutem, atque; ad mutuam conjugalem benevolentiam: tum mulieres velle ab iis liberare maritis, a quibus habentur odio: denique subi icere nos in rebus politicis, communibus gentium legibus: is facile agnoscet, etiam mulieribus concedi a Domino, legitima facere cum viris divortia: atque alteris se viris, factis huiusmodi divortiis, conjungere.

Expensa verba Spiritus sancti de divortio, quæ nobis scriptæ dedit per Apostolum Paulum.

CAPVT XXXV.

Nunc videamus quid sibi velint, quæ Dominus de divortio, & hoc insequente conjugio, pronunciaverit per Apostolum suum.[490] Principio ergo de his pronunciatis hoc in universum statuendum est, nihil omnino posse illis inesse, quod otiosam faciat causæ stupri exceptionem, quam Dominus duobus illis locis Matthæi, tam clare posuit, & diserte. Ex quo efficitur, vt ea exceptio sit adjungenda non minus his Domini dictis de conjugio & divortio apud Apostolum, quam ea est adhibenda responsis eius quæ de his rebus retulerunt Marcus & Lucas. Necesse enim est, dicta Domini inter se plenissime consentire: atque; ideo, quicquid ulla de re respondit, & docuit alicubi brevius & obscurius, id implere & explicare ex locis, ubi de eadem re præcepit & Latius & dilucidius. His consentit & D. Ambrosius. Nam in illud priore ad Corinthios septimo, (His autem qui matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere: quod si discesserit, maneat innupta: & virum uxorem non dimittere) ita scripsit: Subauditur autem, excepta fornicationis causa. Et ideo non subjecit, dicens: sicut de muliere: quod si discesserit, manere sic: quia viro licet ducere uxorem, si dimiserit uxorem peccantem. Hæc ille.

Sed consideremus responsa Domini, data per Apostolum sigillatim.[491] De primo, quod est ad Romanos septimo, satis constat, Spiritum sanctum eo nihil omnino proposuisse docere & definire de divortio, vel conjugio: sed tantum a communi conjugii lege adducere exemplum, quo ostenderet, quam libet huius vite conjunctionem, & pactum quo duis inter homines dissolvi, altero ex iis mortuo. Unde ad institutum suum conclusit, nos iam non esse obstrictos legi, sed Christo Domino, postquam per hunc peccato & lege mortui sumus, vt ita juncti Christo, & ab eo fecundati, fructum asseramus Deo omnium bonorum operum, ex ultronea pietate, non legis coactione, ex qua peccatorum motus & affectiones magis irritantur, & existunt violentiores. Istud itaque; cum nemo queat inficiari, Spiritum sanctum haudquaquam hoc in loco instituisse docere ac statuere aliquid de natura & perpetuitate vinculi conjugalis[492], sed tantum exemplum adsere ad suum propositum: nulla sane ratione poterit hoc Spiritus S. de matrimoniis dictum, ultra generalem conjugii legem extendi, & eo extrahi, vt causæ adulterii

---

490 In pronunciatis Domini per Apostolum de divortio & conjugio, nihil inest quod tollat adulterii exceptione apud Matthæum.

491 Ad Romanos septimo exemplum tantum a conjugio adfertur, non de conjugio quicquam definitur.

492 Ad. Rom.7., exemplum de conjugio ex lege Mosæ ad ducitur. concessum ergo in ea lege divortium, non condemnat

exceptionem, quæ est duobus locis relata a Matthæo, faciat inanem & frustra neam.

Præterea manifestum est, Apostolum legem allegasse conjugii, ex lege quam Dominus veteri suo populo tradidit. Ita enim scriptum est: An ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor:) Atqui illi nullam noverant legam Dei, quam


[Liber 2 chapter 35 page 112]
eam quæ suit tradita per Mosen, & repudiare uxorem ob rem turpem diserte concedit. Haud ergo potest dici, Apostolum voluisse hoc exemplo ex lege sua adducto, eam, quam Deus in lege sua concessit, faciendi divortii facultatem præscindere: planumque; sit, eum hoc loco ex generali tantum conjugii lege voluisse adducere exemplum: non autem de legitimus eius legis exceptionibus quicquam statuere.

Deinceps cum hic Apostolus exemplum adduxerit de viro & muliere, id est, marito & uxore, ex lege Dei[493]: necesse omnino est, vt & virum & uxorem hic intelligamus eos, qui juxta eandem Dei legem haberi maritus vel uxor debeant: hoc est, qui ita sunt comparati, vt necessaria conjugii officia velint sibi invicem, & possint præstare: non eos qui salso matrimonii titulo se tenent mutuo constrictos, ad contumelias & iniurias, qui nihil minus quam legitimi mariti, & uxores legitimæ possunt numerari. Qua de re dice mus paulo post plura.

Postremo concedit Dominus in Apostolo, & fratribus, & uxoribus, vt deserti vel abjecti ab impiis suis conjugibus, propter eius religionem, jungantur piis conjugibus, quo veram religionem melius excolant. porro etiam inter infideles verum matrimonium existit, cum conjunctio hæc sit juris naturæ & gentium: quocirca dirimere conjugium huiusmodi Spiritus sanctus prohibet: tamen si deserantur fideles conjuges, vel repudientur ab infidelibus, tum demum non vult, vt his infidelibus conjugibus vel fratres vel sorores servitute obstringantur.

Si iam in exemplo illo ad Romanos, virum intelligere debemus, aut maritum, quicunque semel & quovis modo maritus suit, et ***τὸ ῥητὸν***[494] exempli huius per omnia urgendum sit: certe adulterii condemnare oportebit etiam sororem, quæ juncta sit alteri viro, vivente illo priore, qui eam propter verum Dei cultum abjecit. Quod si dicimus, facimus sane Spiritum sanctum in Apostolo sibi ipsi contradicere, quod execrandæ, quod execrandæ genus est blasphemiæ. Nam hæc sine pronunciata, sibi omuino invicem adversantur: Mœcha haberi debet, quæcunque juncta sit viro alteri, eo adhuc vivo cui prius juncta suit: &, Quædam huiusmodi mulier Mœcha haberi non debet. Sic pugnant & hæc inter se: Quævis mulier obstringitur viro, cui semel nupta suit, servitute ac lege, vt adultera judicari debeat, si superstite eo viro nupserit alteri: &, Quædam mulier hac servitute & lege viro suo non obstringitur Ex his efficitur, ergo necessario nos oportere, aut virum & mulierem, in memorato exemplo non eos omnes intelligere, qui matrimonii specie semel quomodo libet suerint conjuncti: sed de iis tantum, qui mariti vel uxores censeri debent, atque haberi, secundam æternam Dei legam: cui tanto intervallo cedere debet omnis hominum prudentia, aut opinio, quanto Deus major est homine: aut sane admittere & in hunc locum exceptionem, uti fornicationis, sic etiam desertionis. nec poterit illud, (Mulier, vivente viro, adultera censebitur si se junxerit alteri viro) intelligi de quovis viro cui mulier suerir semel matrimonii nomine copulata. Necesse enim est, verba Dei & Spiritus sancti ubique & per omnia consentire. De reliquis duobus locis apud Apostolum idem sentiendum est, & statuendum, quod de loco ad Romanos septimo, nunc tractato: vt nimirum exceptio causæ fornicationis, & quæcunque ex lege Dei comprobari poterit, nec ab illis locis secludatur. Nullo enim loco Spiritus sanctus aliquod Dei verbum otiosum facit, aut damnat res prius concessas & probatas, ubi par ratio & causa existit.

493 Maritus & uxor secundum legem Dei, dici non possunt, nisi qui conjugii officia necessario sibi invicem præstant

494  [***τὸ ῥητὸν***] [?]

D. Ambrosius observavit hoc loco & illud, vt supra exposui, mulierem si a viro suerit separata, juberi manere innuptam, aut marito reconciliari:

[Liber 2 chapter 35 page 113] [Note error in chapter number: shows 26, 36 is correct.]
vito autem, quo uxorem dimiserit, vt cælebs maneat, non præcipi, atque; ex eo colligit, viro, quo uxorem adulterii causa rejecerit, esse potestatem alteram uxorem ducendi, nec necesse habere vt dimissæ a se reconcilietur, aut vivat cælebs, uxori autem, quæ a viro diverterit, quavis de causa, impositam este his verbis necessitatem reconciliandi se voro, aut continendi se in cælibatu. verum iam demonstravi ex manifestis Dei verbis, mulieribus repudium re nunciandi viro, ob legitimas causas, eandem facultatem esse a Domino datam, quæ viris est concessa dimittendi a se uxores. Non igitur de qualibet uxoris a viro diversione intelligi illud debet, quod si separata suerit, maneat innupta, aut viro reconcilietur: sed de ea tantum, qua uxor a viro discedit nulla legitima de causa. Unde & ipse D. Ambrosius, in illud eius dem capitis, *Non est enim frater, aut soror, servituti subjectus huiusmodi,* ista scripsit: Hoc est, non debetur reverentia conjugii, ei qui horret authorem conjugii. Non enim ratum est matrimonium, quod sine Dei devotione est: ac per hoc non est peccatum ei qui dimittitur propter Deum, si alii se junxerit. Contumelia enim creatoris solvit jus matrimonii, circa eum qui relinquitur, ne accusetur alii copulatus. Infidelis autem descendens, & in Deum, & in matrimonium peccare dignoscitur: quia noluit sub Dei devotione habere conjugium. Itaque non est ei fides servanda conjugii, qui ideo recessit ne audiret authorem esse Christianorum Deum conjugii. Nam si Esra dimitti fecit uxores, aut viros infideles, vt propitius fieret Deus: nec iratus est, si alias ex genere suo acciperent, (non enim ita præceptum hic est, vt remissis istis, alias minime ducerent) quanto magis, si infidelis discesserit, liberum habebit arbitrium, si voluerit nubere legis suæ viro? Hæc ille. Porro, si mulier, a qua vir infidelis discesserit, liberum habet arbitrium, vt suæ legis viro, si velit, nubat, vt recte affirmat D. Ambrosius: haudquaquam potest constare universalis illa pronunciati, Nulli mulieri, vivo viro, cui semel quomodo libet nuptæ suit, fas esse alteri viro nubere. Observanda præterea & ad sequentia duo illa sunt, quæ huic sancto viro veritas ipsa, & vis verbi Dei expressit, (quanquam de conjugii sanctitate atque necessitate id ipsum senserit, quod eius serebat seculum:) Perquam late enim patent ista, Non ratum est matrimonium, quod sine Dei devotione est: &, Contumelia creatoris solvit jus matrimonii. Abest enim Dei devotio, & sit Deo contumelia ab omnibus quis ullis in sceleribus & flagitiis perseverant.

Locus alter ex Epistola ad Corinthios, quo legimus, Uxorem alligatam esse lege matrimonii, quam diu vivit maritus eius, cum eandem omnino contineat sententiam, quam locus ad Romanos septimo, quæ de huius loci germano sensu adduximus, ea & de illo omnibus piis hominibus, ex Dei verbo hisce de rebus statuentibus, satisfacient.

Dominum, quanquam in evangeliis divortium concedere videatur tantum ob causam adulterii, tamen revera concedere divortium etiam alias ob causas.

CAPVT XXXVI.

Iam ergo de ea agendum questione venit[495], cum Dominus causam legitimi divortii solam expresserit, adulterium, num etiam alias ob causas liceat matrimonium dissolvere, & eo soluto novum

495 Num ob alias etiam, quam fornicationis causas, liceat facere divortium.

contrahere. Ad hanc quæstionem, se judicium nostrum intra præmissa axiomata, vt par est, continemus, & blasphemiam execrandam agno scimus, dicere, verba Dei inter se pugnare: necesse omnino est vt fateamur, Dominum facere divortium, & facto divortio novis copulari nuptiis

etiam ob alias præter adulterium causas, concessisse cum viris, tum mulieribus, nihil obstante, quod in Matthæo dixerit, Qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, &c.

Primum enim, qui vel solum iam iam tractatum aliquo modo locum, de conjugibus fidelibus, a quibus conjuges discedunt infideles, probe considerent, necessario fatebuntur, justum concedi a Domino facere divortium, & altero se jungere matrimonio, etiam ob causam desertionis, quæ sane alia est quam fornicationis.[496] Et si quis imperitior Scripturarum objiciat, Apostolum verbis illis, quibus præcipit & concedit fidelibus, qui copulati sint matrimonio cum infidelibus, præmisisse, Relinquis autem ego dico, non Dominus: norunt omnes Scripturarum intelligentes, Apostolum his verbis istud tantum dicere voluisse, Dominum suo ore nihil de huiusmodi conjugii & divortiis fidelium cum infidelibus pronuntiasse, sicut pronunciavit, ne quis uxorem repudiet, excepta causa fornicationis: nequaquam vero se aliquid ex se ipso, & non ex Domini spiritu, in hac præceptione & concessione voluisse adferre. Sicut cætera enim, sic & hanc Epistolam totam, non Paulus, sed Spiritus sanctus conscripsit, usus ad id Paulo, vt instrumento suo. Atqui si constat, vt constat, vel unam ob causam aliam, quam fornicationis, justum concedi fidelibus divortium, iam certum est, facultatem faciendi divortii legitimi, haudquaquam in sola fornicationis causa consistere.

Deinde dubitari non potest, vt & supra ostendi, ab iis, quibus datum est de Deo & eius judiciis ex ipsius statuere verbo, quin Deus, quæ salutis remedia ullis unquam electis suis concessit & præcepit, eadem præcipere & concedere omnibus omnium seculorum hominibus, qui eius modi remediis pariter opus habeant. At quis rerum humanarum expertus, ausit dicere, non etiam hodie reperiri & viros & mulieres, pacto connubii consociatos, qui sint duro corde, adeo vt conjugalem dilectionem, eiusque dilectionis necessaria officia, obstinate nolint suis conjugibus, quamvis probis, & fidem matrimonii sancte servantibus, præstare? Iam qui credit, Deum non vt hominem mutari, necesse apud illum acceptionem personarum, qua nam ratione possit is ambigere, Deum & hodie requirere ab huiusmodi duro corde, cum viris tum mulieribus, ne innocentes suos conjuges sibi teneant vinculo conjugii obstrictos, si fidem & dilectionem conjugii præstare illis omnino nolint? Ita haudquaquam idem hæsitabit agnoscere, innocuis & probis conjugibus esse a Domino, qui judicium fecit omnibus iniuriam patientibus, concessum, vt se a servitute & improbitate salso nominatorum conjugum liberent, via & ratione legitima divortii. Hæc certum est plane effici ex iis, quæ Dominus præcepit de divortio & conjugio, & post factum divortium altero conjugio, Deuteronomii XXIIII, Malachiæ II, Matthæum XIX, & priore ad Corinthios VII: tum ex piis principi quæ Scriptura ubique tradit, quæque modo & supra proposui: Deum non mutare sententiam, vt solent homines: nullo verbo a se ipso dissentire: non esse acceptorem personarum, sed omnibus eadem necessitate & infirmitate pressis, eadem salutis remedia permittere, imo vt usurpentur exigere. Hoc facile perspiciet, quicunque ista Dei pronunciata, ex Spiritu Domini consideraverit & ponderaverit. Quocirca, cum ista supra abunde demonstrarem, nunc ampliore horum comprobatione supersedendum existimo.

Postremo indubitatæ fidei est, quod item supra ostendi, præceptum esse nobis a Domino, civilibus vt nos subjiciamus legibus, quisque suæ rei publicæ: siquidem legis illæ cum Dei legibus non pugnent.

496 Spiritus S. concedit divortium & novas nuptias, ob causam desertionis.

Quibus Divortia permittenda sint viris & mulieribus, ex I. Consensu. Codex De repudiis.

CAPVT XXXVII.

Manifestum vero est, legem Theodosii & Valentiniani de repudiis[497], quæ incipit, Consensu, atque plerasque alias cum hac lege consentientes piorum Imperatorum sanctiones, cum verbo Dei minime pugnare: ac proinde a quolibet Christiano Principe, & Re publica posse in usum revocari: ac etiam, adhibita cuique genti idonea moderatione, debere. Quicquid enim æquum & justum, id Christianis omni in re quærendum & usurpandum est.[498] Hinc ergo clare efficitur, cum viris, tum mulieribus, concedi divinitus, facere cum suis conjugibus divortium si contra eos subjectas causas judicio evicerint.

Hoc est, si vir comprobaverit, uxorem suam esse adulteram, veneficam, aut homicidam, aut plagiarium, aut sepulchrorum dissolutricem, aut ex sacris ædibus aliquid subtrahentem, aut latronum fautricem, aut extraneorum virorum se ignorante vel nolente convivia appetentem[499]: aut ipso invito, sine justa, aut probabili causa, foris pernoctantem: si Circensibus, vel theatralibus ludis, vel arenarum spectaculis, in ipsis locis, in quibus hæc adsolent celebrari, se prohibente, gaudentem: si contra Imperium machinantibus consciam, seu falsitatis se crimini miscentem, aut manus audaces sibi ingerentem.

Mulier vero, si convicerit virum suum, adulterum, aut homicidam, vel veneficum, vel certe contra Imperium aliquid molientem, vel falsitatis crimine condemnatum, si sepulchrorum dissolutorem, si sacris ædibus aliquid subtrahentem, si latronem, si latronum susceptorem, vel abactorem, vel plagiarium: vel ad contemptum sui, domi suæ se inspiciente, cum impudicis mulieribus (quod maxime etiam castas exasperat) cetum ineuntem: si vitæ suæ veneno, aut gladio, aut simili modo insidiantem: si se verberibus (quæ ingenuis aliena sunt) adficientem. Hæ causæ sunt divortii, lege Consensu, enumeratæ.

Si vir itaque possit judicio probare, uxorem suam aliquo horum criminum teneri[500]: lex ista Christianorum Imperatorum, potestatem ei facit, non repudiandi modo uxorem, & mox, si ei videatur, ducendi alteram: verum etiam addicit ei dotem quam attulit uxor, cum donatione propter nuptias, quam ipse uxori assignavit: aut dos nulla ab uxore allata sit, nec facta ab ipso donatio propter nuptias, quartam partem de bonis uxoris repudiatæ. Idem omnino juris facit uxori, quæ probaverit virum suum aliquo prædictorum criminum implicatum: eo solo excepto, quod ea, vt & supra memini, lex requirit, vt propter dignoscendum fetum, si forsan gravida sit, non ante annum unum exactum alteri viro nubat: quantum temporis spacium postulant Romanæ leges ab honestis matronis, etiam ad lugendum maritos suos mortuos.

Excussio eorum D. Scriptura locorum, quibus Deus ipsam nobis naturam & vim S. Conjugii explicavit.

---

497 Lex, Consensu. Codex de repudiis Christianis quo que alere debet.

498 Philip.4.

499 Quas ob causas possit vir legitime repudiare uxorem.

500 Concessæ alteræ nuptiæ post factum legitimum divortium.

CAPVT XXXVIII.

Porro, vt certo perspiciatur, hanc legem cum divina congruere, consideranda est prima matrimonii institutio: eaque oracula, quibus Deus hanc conjunctionem maris & feminæ sancire, quibusque; officia utriusque; descripsit. Ea vero sic habent.

[Liber 2 chapter 38 page 116]

Cum Deus statuisset condere mulierem, & tradere viro in uxorem, dixit: *Non est bonum homini esse soli: faciamus ei adjutorium, quod cum eo sit. Cumque mulierem ex costa viri finxisset, et viro tradidisset, dixit vir, (& ex Dei spiritu) Nunc demum os de ossibus meis, & caro de carne mea: propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit ad glutinatusque erit uxori suæ.*

Ad hanc primam matrimonii Institutionem, & ista de eo Dei testimonia revocavit Christus suos, cum respondendo Pharisæis de divortio, licentiam condemnaret illegitimi divortii. Docuit itaque hoc suo exemplo, & nos ex hac prima conjugii Institutione, Deique de eo pronunciatis, statuere debere, & quodam pactum sit conjugium: & quomodo, ac quamdiu servandam: & quibus denique de causis dissolvendum. Quibus Dei decretis adi ungenda sunt & illa, quæ Spiritus sanctus de hoc pacto docuit per Apostolum suum, & maxime ista: Quod nec maritus, nec uxor, sui ipsius, sed maritus uxoris, & uxor mariti corporis potestatem habet[501]: Item, quod vir debet uxorem suam diligere vt carnem suam, imo vt Christus diliget Ecclesiam: &, quod uxor debet esse subjecta viro, vt Christo subjecta est Ecclesia.

His itaque rebus natura sancti conjugii & constat & cognoscitur: quarum, si vel una desit in altero vel utroque conjugum, idque contingat sive per obstinatam malevolentiam, sive nimis alte inhærentem animi imbecillitatem: sive denique per irrecuperandi corporis ad necessaria conjugii præstanda officia impotentiam: tum pro secto dici non potest, pactum matrimonii inter tales conjuges tenere: illud duntaxat, quod instituit Deus, & conjugium vocavit: ac de quo intelligi debet Dominum dixisse: Quos Deus conjunxit, homo non separet.

Primum itaque consideremus illa domini verba[502]: Non est bonum homini esse soli: faciamus ei adjutorium, quod sit cum eo, in eius conspectu, & domestica ei cohærens consuetudine. In quibus verbis quis non videat, matrimonium eius modi esse a Deo institutum, maris & feminæ conjunctionem, vt sint vivantque una, nisi aliud exigat evidens Dei vocatio? Nam huc pertinet & illud dictum Spiritus sancti: Ne fraudetis vos invicem, nisi si quid ex consensu, pro tempore, vt vacetis ieiunio & precationi: & rursum in unum conveniatis, ne tentet vos Satanas propter intemperantiam vestram. Hoc autem dico juxta indulgentiam, non juxta præceptum.[503] Nam velim omnes homines esse, vt & ipse sum: sed unusquisque; proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius autem sic.

Ex Hic Spiritus sanctus vetat conjuges etiam secubare, & quidem religionis causa, nisi ex utriusque conjugis consensu, & ad tempus modo: quanto magis ergo damnat, conjuges seorsum habitare, maxime diu, etiamsi ex consensu mutuo id fiat?

Nec obstat, quod adjecit, Propter intemperantiam vestram: &, Hoc dico juxta indulgentiam non

---

501 1.Cor.7., Ephes.5.

502 Perpetuam conjugum cohabitationem postulat pactum matrimonii necessario.

503 1.Cor.7.

juxta præceptum. Quovis enim modo, & quam conque ob causam Apostolus hoc dixerit, dixit id ex Spiritu sancto: dixit ad salutem hominum, qui non capiunt verbum Domini, de castratione propter regnum cælorum: dixit, Vt huic non tam suo, quam Dei dicto, obtemperent ii omnes, qui donum conjugii ex Deo, non cælibatus, acceperunt. Nam hi omnes, cum uruntur, in periculo sunt, ne tentati a Satana, incidant in fornicationem. Non ita quidem ista præcepta Spiritus sanctus, vt ea per se, & ab omnibus requirat. Indulgentiæ præcepta sunt: præcepta tamen, sed pertinentia ad eos, quibus donum cælibatus non contigit.

Et ex hoc igitur loco concluditur, matrimonii pactum necessario requirere conjugum domesticam conjunctionem: quam qui plane distrahunt,

[Liber 2 chapter 38 page 117]
sive, ex mutuo consensu, sive quod alter se ab altero invito subducat, conjugium iam inter hos esse dissolutum. In quo, vt in cæteris, Papistæ Deo nostro contradicunt, dum, quos sive fornicationis, sive malæ tractationis, negative conjugalis officii causa separant, dicunt & scribunt, se tales quidem se jungere communicatione thoro & mensæ, vinculo tamen matrimonii, per manente: quasi hoc vinculum possit esse aliud, quam sicut thoro & mensæ, ita omnium officiorum conjunctio & communicatio.

Sed videamus nunc, qualem etiam vitæ communicationem atque consuetudinem Deus inter conjuges postulet. Faciamus, inquit, ei adjutorium[504]. Et Adam, suggerente Domino: Hoc demum os de ossibus meis, inquit, caro de carne mea: propter hoc derelinquet homo patrem & matrem, & connexus erit uxori suæ. Ex quo conclusit Dominus in evangelio, oportere conjuges, quos Dominus matrimonio junxit, esse non duo, sed unam carnem. In quibus Dei de conjugio pronunciatis, quis non cernat, Deum poscere, conjuges ita cohabitare, & esse inter se conjunctos, non corporum tantum, verum ea quoque animorum conjunctione, qua nulla sit inter ullo s homines arctior: eaque; benevolentia & charitate mutua, qua nulla alia inter homines sit ardentior, & mutua officia efficacior?

Parentes vult a liberis summopere venerari & amari, eumque amorem & reverentiam per connubia liberorum nulla ex parte imminui[505], imo augere etiam: postquam per parentes puella consequitur caput, maritum: & juvenis corpus, uxorem. Debent itaque qui matrimonio junguntur, & in unum hominem Dei coagmentantur, alter etiam alterius parentes pro suis ducere & colere: vt ita parentes qui uxorem accipiunt filio, filiam habeant cum filio: & qui filiam elocant, filium cum filia. Hæc tamen quanquam ita sint, & habere debeant, vt liberi juncti matrimonio, parentes summa nihilominus charitate prosequantur: oportet tamen huic amori & re venti in parentes, charitatem conjugum inter se eo præstare, vt hæc charitas ad eius modi illos vitæ inter se conjunctionem cogat, & conglutinet, propter quam ceu a parentibus emancipati, domesticam, si opus sit, consuetudinem cum parentibus solvant, novamque; domum ipsi constituant.

Liquet ergo hinc, alterum esse conjugii proprium: eos, inter quos constat verum matrimonium[506], oportere sicut una vivere, ita rebus omnibus divinis ac humanis inter se communicare, idque summa cum benevolentia & charitate, adeoque conjunctione sibi invicem cohærere omnium arctissima, vt unam scilicet præstent carnem: id est, unum hominem, cui sit cor unum, & anima una: vt mulier se viro ita subjiciat, vt adjutorium ei se præstet, pro sua portione, & viribus, in rebus omnibus, quæ, aliquod ad bene beateque vivendum adserant momentum: itaque virum suspiciat, veneretur atque audiat, uti Ecclesia reveretur, colit, auditque Christum, caput suum. Sic contra, vt vir diligat atque foveat uxorem suam, sicut diligit fovetque carnem propriam: imo sicut Christus diliget & fovet

---

504 Alterum conjugii proprium, verum omnium summæ cum charite te communicatio.

505 Conjuges debent habere communes parentes.

506 Quanta inter conjuges requiretur vitæ communio & charitas.

Ecclesiam suam, pro cujus salute obtulit se in crucem: quam quotidie purgat peccatis, & sanctificat ad omnem pietatem & virtutem, vt eam exhibeat Patri perfecta regeneratione, absque omni macula & ruga. Tale proinde caput, talemque servatorem vt se uxori maritus, teleque adjutorium & corpus, vt se uxor præbeat marito, necesse est, si velint haberi & apud Deum vere conjuges, & vir se verum præstare maritum, & mulier veram uxorem coram Deo, cujus judicum merito sequitur Ecclesia.

Iam quanquam communicatio corporum ad congressum conjugalem non sit conjugii proprium, ***χαϑ ἀυτο***[507], ideoque nec proprius & ultimus ineundi conjugii finis (nam verum suit matrimonium inter Joseph & Mariam,

[Liber 2 chapter 38 page 118]
matrem Domini: estque; hodie inter multos sanctos homines, qui commixtione corporum nec habent opus ad arcendam fornicationem, nec sperant ex ea prolem sed proprium conjugii perfectum & ***αντιςϱέφσν***[508], propriusque[509]; ac summus & extremus sinis sit, rerum omnium divinarum & humanarum summa cum benevolentia communicatio: attamen si vel alter vel uterque; conjugum non sit ex eorum numero, quibus Dominus donum dedit, eoque; & constantem voluntatem vivendi cælitibus propter regnum cælorum: ad horum conjugium adeo requiritur & ista inter conjuges benevolentia copulæ carnalis, cum ad procreandam prolem, tum ad declinandam fornicationem: vt si alter conjugum hanc alteri præstare aut nolit obstinate, aut non possit omnino: nec spes quoque; sit secundum communem operum Dei cursum, vt aliquando possit (ad expectandum enim miracula nemo potest adigi) tum certe desinit etiam esse inter huiusmodi homines verum conjugium.


Illud enim, quod conjuges debent esse una caro: etiam conjugalis congressus officium in se continet, erga tales nimirum conjuges, quibus eo opus sit officio, aut qui illud requirant, Divus enim Paulus priore Corinthe. Sexto, cum a scortatorne deterret, scribit: An nescitis, quod qui adglutinatur scorto, unum corpus est? Redigentur enim (inquit) duo in carnem unam. Quo verbo fatis clare Apostolus docuit, dictum illud Domini, Erunt duo in carnem unam, copulam etiam poscere carnalem, siquidem ea conjuges opus habeant.

Quæ definito, & propria, sacri conjugii.


CAPVT XXXIX.

Ex his probe consideratis abunde liquet, conjugium verum[510], vt illud Deus instituit, & judicari de eo postulat, esse eius modi viri & mulieris societatem & conjunctionem, qua hi consortium sibi præstare debent mutuum omnis vitæ, divinique & humani juris communicationem, usumque; præbere corporis, & ad congressum conjugalem, si requiratur: atque; hæc omnia, summa cum benevolentia & charitate, qua vir se mulieri caput exhibeat, vt Christus se caput exhibet Ecclesiæ: mulier vero viro adjutorium, & corpus, ea subjectione, qua Ecclesia se subjicit Christo.

---

507 

[***χαθ ἀυτο***] [itself alone]

508 

[*αντιςρέφον*] [anti?]

509 Quis verus & ultimus conjugii finis.

510 Conjugii definitio.

Ex qua definitione plane cognoscitur, connubii veri, quod Deus agnoscit & probat, hæc esse necessaria propria.[511] primum, vt conjuges cohabitent, & una vivant: nisi vocatio Dei diversum ad tempus requirat. Alterum, vt se invicem summa benevolentia & charitate complectantur, idque; in Domino & in veræ religionis communione. Tertium, vt vir se præstet uxori caput & servatorem, sicut Christus se præstat Ecclesia: hoc est, doceat & instituat uxorem ad omnem sanctimoniam vitæ, pietatem: avocet & ab arceat ab omni peccato & Dei offensione: tum externe etiam nutriat, foveatque; sicut carnem propriam: uxor vero præstet se viro corpus, adjutorium, omni ministerio, quod ei secundum Dei vocationem, donatam a Deo facultatem præstare possit: inprimis ad verum cultum Dei, deinde etiam ad cætera vitæ huius commoda omnia. Quartum, vt copulæ carnalis officium sibi mutuo exhibeant, juxta præceptum Spiritus sancti de hoc datum 1.Cori. 7. Si quidem ex eorum sint hominum numero, qui hac copula habeant opus.

Hinc iam illud clare perspicitur, Dei judicio, quod Christiani omnes sequi debent, inter eos qui enumerata officia sibi invicem exhibere aut per obstinatam voluntatem detrectant, aut per immedicabilem impotentiam non valent, haudquaquam posse verum consistere matrimonium, nec talem virum maritum, nec talem mulierem uxorem debere censeri.

[Liber 2 chapter 39 page 119]

An flagitia, in l. Consensu, enumerata, dissolvant coram Deo conjugium.

CAPVT XL.

Iam si vir, vel mulier, qui specie conjugii copulati sunt, in aliquo deprehendatur eorum flagitiorum, quæ lex, Consensu, causas facit legitimi divortii[512]: manifestum est, nec eius modi virum caput & servatorem se præstare, vel præstare posse uxori: nec talem mulierem, corpus & adjutorium viro: ita vt jus divinum, utrumque; officium in vero conjugio requirit. Nam hæc flagitia, aut mortis inferunt, vel deportationis supplicium: aut notant infamia: aut directio pugnant cum pactio & conjunctione conjugali. Qui enim convincitur adulterii, homicidii, vene sic ii, vel molitionis contra Imperium, aut latrocinii, aut sacrilegii, tolli is debet ex hac vita: Si plagii, ab actionis animalium, dissolutionis sepulchrorum: si falsitatis: item vel capite plecti meretur, vel damnari ad effodienda metalla, aut deportari in insulam. Quas si quis penas evadat, tamen civitatem amittit, infamis est.

Porro, qui ea commisit scelera, vt vita privari debeat: is nec jus retinere potest conjugii, maxime cum Christiana & honesta matrona: ita nec qui Civitatem amisit, incurrit infamiam. Nec enim justum aut utile est, vt honestus maritus infami deturpetur uxore: aut honesta uxor viro infami. Tanti certe fecerunt sapientes principes Romani,[513] parem esse inter conjuges honestatem, vt matrimonia ea rata non haberent, quæ essent contracta inter homines, quorum alter fuisset honestæ existimationis, alter notæ vitiosæ. Vt si quis Senator, Senatorisve filius, nepos aut pronepos, duxisset uxorem quæ artem ludicram exercuisset, aut corpus suum prostituisset, aut lenocinium fecisset, aut publico judicio fuisset condemnata: vel, si filia Senatoris, neptis, aut proneptis nupsisset viro talibus notis com

---

511 Quæ tuor conjugii propriæ. 1. Cohabitatio., 2. vt omnia communicent summæ cum benevolentia., 3. vt conjuges sibi invicem inserviant rebus divinis et humanis., 4. ne desit, ubi requiritur, copulæ carnalis.

512 Flagitia enumeratæ l. Consensu jus tollunt conjugii.

513 ff.l.Semper, & duabus sequentibus.

maculato. Iam qui per Christum cælesti libertate & dignitate donati sunt, eos haud minor decet conjugii honestas, quam decere unquam potuerit Romanos Senatores, aut ex illis natos.

Atque illud sane facile omnes pii & honesti homines agnoscent, qui vir se præstare debet caput & servatorem, sicut uxori, ita liberis & toti familiæ[514], uti Christus se præbet Ecclesiæ, eum omnino oportere authoritate & honestatis existimatione esse venerandum: ita etiam mulierem, quæ adjutorium se & corpus præbere debet honesto viro, matremque honestorum liberorum & familiæ, virique esse gloriam, uti vir est Christi gloria. Qui itaque vir in tantam se Dei icit vitæ turpitudinem, probra, propter quæ repudiandum censet lex Consensu: haudquaquam idoneus est qui honestis præsit, matronæ, liberis, domui, Sic nec mulier, quæ eodem dedecoris sit prolapsa, digna haberi poterit, vt honesto viro cohæreat sanctissimo conjugii vinculo, matremque agat familias, in domo religiosa & honesta. Qui itaque eo usque, contra matrimonii pactum suis flagitiis grassantur, hi seipsi dignitate tam sanctæ conjunctionis spoliant, pactumque hoc dissolvunt & societate se hac divina deturbant. Quamobrem pii, id est, veri in Domino fratres atque sorores, talibus conjugii violatoribus conjugii lege haudquaquam obstringuntur.

Hic vero rursus occurrent patroni flagitiorum, & dissolutores disciplinæ Christianæ, atque jactabunt, Esse charitatis, vt alter conjugum[515], alterius serat onera: debere itaque pium maritum uxoris suæ, piam uxorem mariti sui calamitate & infamiam hactenus in se suscipere: vt, si vel maritus qui lapsus, sit vel uxor, supplicium mortis evaserint, maritus, qui extra

culpam est, cum tali uxore condemnata & uxor innocens cum tali deturpato marito, ultroneum subeant exilium: quo hi, qui in vitæ honestate perstiterunt, conjuges suos, qui ab ea deciderunt, facilius restituant, si non priori vitæ dignitati, tamen pænitentiæ pleniori & vitæ emendatiori.

Sed isti hæc obi iciendo, impunitatem quærunt scelerum, gratiam hominum, qui sceleribus sunt obnoxii, non officia veræ charitatis: quæ publicam honestatem privatorum anteponit voluntati, atque fratribus a Satana circumventis remedia mavult exhibere a Deo constituta salutaris animadversionis, quam hanc remittendo, lapsis fratribus, reliquo in Ecclesia vulgo, licentiam augere flagitiorum. Etenim si illi qui tanta admiserunt scelera, fædusque omnium sanctissimum matrimonii eo usque diruperunt, capaces sint pænitentiæ salutaris: ad eam, vt & supra dixi, multo citius commovebuntur, si decretæ divinitus penæ de eis sumantur, quam si hæ illis remittantur. Quo enim hi Dei severitatem contra sua flagitia plenius sentiunt, eo facilius, siquidem ex Deo nati sint, a Deo respiciantur, flagitiorum suorum agnoscunt atrocitatem.

Illud summopere & in omni negotio cavendum est, ne nos faciamus in procuranda salute proximorum[516], Deo ipso prudentiores & sapientiores: verboque eius vel addere aliquid, vel detrahere conemur. At qui oracula illa Dei de conjugio, quæ præmisimus, religiose ponderaverit: is haudquaquam poterit dubitare, eos qui in ista inciderint tam atrocia, scelera, quæ re censet lex, Consensu jus amissis se matrimonii: & omnino esse indignos, qui locum teneant aut capitis in honestam conjugem, liberos & familiam: aut adjutorii & corporis honesto viro, matrisque familias, in pia & honesta domo.

At vero, si vel vir aliquis uxorem suam lapsam, vel si qua mulier virum suum depræhensum in flagitio[517], videat ea casus sui commoveri pænitentia, vt nihil ad dubitent, vel vir si uxoris ita pænitentis, vel si mulier viri sui sic resipiscentis calamitatem & infamiam subeat, permultum se ad

---

514 Honestæ requiritur existimatio in patre & matre honestæ familiæ.

515 Obiectio quærentium impunitatem flagitiorum.

516 Cavendum, ne ullæ in re velimus esse Deo sapientiores et clementiores.

517 Quæ tenus possit concedi, ut innocens vir nocentem uxorem, aut uxor probæ virum noxium comitetur exilium.

salutem pænitentis posse consere, relinqui tales poterunt suo studio & spei: ita tamen, ne id fraudi sit vel Rei publicæ & Ecclesiæ, propter exemplum dissolutæ severitatis, quam Deus præcepit: vel liberis talium hominum, propter eorum minus sanctam educationem, illecebram licentiæ. Leges enim non ***τὸ ἅπαξ, ἢ δις, ἀλλ ὃ ἐπιπλεῖςον συμβαίνει***[518], considerant.

Si vero vir cœtum ineat cum impudicis mulieribus, inspiciente uxore[519]: si verberibus immerentem afficiat, sive vitæ uxoris insidietur veneno aut gladio: is sane pactum conjugii omnino evertit, Idem facit mulier, quæ vel extraneorum virorum, suo viro ignorante, vel nolente, convivia appetit: aut eo invito, sine justa ac probabili causa, foris pernoctat: vel Circensibus aut theatralibus ludis, vel arenarum spectaculis, viro suo prohibente, gaudet: aut manus audaces viro suo ingerit. Iam qui sancti conjugii pactum prior adeo dissolvit & irritum facit, quo huic jure debeat pacti istius vinculo haberi devinctus, qui sancte illud servare studuerit?

Ex his iam omnibus, si vt coram Domino, ex verbo Die pensitentur, clare quilibet perspiciet, qui ex verbo Dei his de rebus statuere volet, causas divortii legitimi, quas religiosissimi Imperatores Theodosius & Valentinianus in *I. Consensu*, posuerunt, esse legi Dei, & primæ matrimonii institutioni omnino consentaneas. Quo circa possunt eas pii principes atque Res publicæ & hodie admittere: imo debent etiam, commoda suis hominibus adhibita moderatione, si volunt sanctissimi foderis conjugalis dignitatem, sanctitatem & religionem apud suos restituere: & quam plurimas misere & periculose illaqueatis conscientias, ad pie & caste vivendum expedire.

[Liber 2 chapter 40 page 121]

Adjecit Imperator Justinianus Constit, CXVII.[520] quatuor præterea causas, propter quas possit uxor repudium mittere viro suo, Primam, si vir uxori structas insidias ei non indicarit, nec vindicare secundum leges studuerit. Alteram, si castitati uxoris suerit insidiatus, tradere eam aliis stuprandam per tentaverit. Tertiam, si uxorem de adulterio inscripserit, nec convicerit. Quartam, si vel domi suæ, vel alienæ, cum altera muliere commoretur: & monitus per uxorem, vel uxoris parentes, aut alios side dignos homines, nolit se ab ea lascivia abstinere.

Ad causas vero cur vir repudiare possit uxorem, addit Justinianus item quatuor. Primam eadem Constit. CXVII. Si quis suspicetur aliquem castitati uxoris suæ insidiari, tribus denunciationibus scripto comprehensis, side dignorum virorum testimoniis firmatis, eum monuerit, vt a commercio cum uxore sua abstineat, postea eum deprehendat cum uxore sua habere aliquid commercii, fabularive, sive domi suæ, sive domi adulteri, sive in popinis, sive in suburbanis, sive alio in loco, aut etiam in sacris ædibus. Nam talem virum pro adultero judicari, Imperator statuit. Quin facit etiam marito potestatem, eum propriis manibus conficiendi, si post trinas illas denuntiationes, deprehenderit eum commercium habere cum uxore sua, vel domi suæ, vel ipsius, vel in popinis, vel suburbanis.

Reliquas tres causas exposuit *Codex de Repudiis. L. Jubemus*. Ube secundam facit, si uxor sua ope & industria abortum fecerit. Tertiam, si cum alienis viris libidinis causa commune gaudeat habere balneum. Quartam, si constante matrimonio, alium sibi facere maritum suerit conata.

Iam constat ex prædictis, & has causas ita cum Institutione sacri connubii divina pugnare, vt

51 τὸ ἄ παξ, ἢ δὶς, ἀλλ' ὁ ἐπιπλεῖςον συμβαίνει,

[***τὸ ἅ παξ, ἢ δις, ἀλλ ὃ ἐπιπλεῖςον συμβαίνει***]

[***τὸ α παξ, ἢ δις, ἀλλ ὃ ἐπιπ λεῖςον συμβαίνει***] [The only once or twice, but the laborious towns happening][?]

519 ff. De leg. Senat. c.l. τὸ γὰρ. Et ea flagitia in l. Consensu recitate, quæ omnino cum pacto conjugali pugnant, dissolvere conjugium.

520 Causæ octo Repudii.

pactum conjugii omnino dissolvant.[521] Concessum præterea aliquando suit a Christianis Imperatoribus, vt conjugium, qui volvissent, communi utriusque; consensu possent impune dissolvere: sed eam concessionem Justinianus rursus sustulit. Porro, eos qui conjugibus suis repudium re nunciassent, citra commemoratas causas, nullis aliis penis Christiani Imperatores subjecerunt, quam vt uxor accipiat a viro suo, ipsam iniuria repudiante, quam ad eum attulit dotem: usum fructum donationis propter nuptias retineat, dominio eius donationis transeunte ad liberos, si qui ex eo connubio extiterint: sin, ad ipsam quoque uxorem injuste repudiatam. Aut si nulla in pactis nuptialibus allata dos sit ab uxore, nullaque; facta a viro donatio propter nuptias, uxor indigne rejecta, quartam accipiat partem de bonis mariti, nulla justa de causa repudiantis.[522] Eadem afficiunt pena pii principes uxorem divertentem a viro, non comprobata contra virum, aliqua enumeratis in L. consensu, causis.[523] Vt vero, qui semel juncti fuissent matrimonio vel inviti in eo perseverarent, Imperatores isti non exegerunt. In quo hi pii principes cum securi sint legem Dei Malachiæ secundo expressam, qua Deus diserte viro præcipit, invisam uxorem a se liberam dimittere: ex quo consequitur, velle eum, muliere ab exoso sibi viro discedere, (nec enim vult Deus, vt uxor se viro præbeat pro adjutorio crucem) culpari propter hanc divortii concessionem non possunt. Quod & ex iis patet, quæ supra adduximus de prima conjugii Institutione & natura, apertisque; de eo Dei oraculis. Nec enim potest probare Deus, vt sanctissimi huius foderis violatione (quod violatum penitus & dissipatum est, simulatque; summa illa inter conjuges beneolentia & charitas, de qua paulo ante disseruimus, intercidit, nec potest recuperari) adjiciatur etiam homicidium, immo parricidium: quod omnino admittitur ab iis, qui conjuges suos obstinate oderint uti & ante demonstravi ex illo Joannis: Qui fratrem suum odio habet, homicida est.

[Liber 2 chapter 40 page 122]

An desertus iniuria maritus ab uxore sua, & uxor deserta immerito a viro suo, ius habeant aliis se conjungendi.

CAPVT XLI.

Desertionis causam ad faciendum divortium Imperatores comprobaverunt contra uxorem, cum faciunt jus marito repudiandi uxorem, quæ ipso invito, absque probabili causa tantum foris pernoctet.[524] De viro autem deserente uxorem, non ita statuerunt. Constantinus quidem Imperator legem dedit, si vir etiam in Imperii expeditione, militia ab uxore sua absit, per quadriennium nullum affectus sui signum erga uxorem suam declaraverit, vt tum demum uxorius habeat ad secundas nuptias veniendi: si modo militiæ principi hoc ipsum misso libello testificetur. Justinianus autem Imperator hanc causam postea sustulit[525], jussitque uxores, viros suos innuptas expectare, quantocumque; illi tempore absint: & sive absint in militia, sive in schola, sive fœderum causa.

At vero, si quid hæc desertionis, ex Dei lege, causa valere ad divortium debeat perpendamus:

---

521 Codex de repudiis l. Si constante. et Auth.12. Const. CXVII. Quibus penis afficiantur a piis Imperatoribus, qui conjugium nullæ legitimæ de causa dissolvunt.

522 Codex de repudiis l. Consensu.

523 Pii Imper. non compulerunt in conjugio hærere omnino invitos.

524 Si alter conjugum, alterum deferat, num deserto liceat ad secundas transire nuptias. Codex de repudiis l. uxor Autent. XXII.

525 Autent. CXVII.

facile constabit, eum virum qui uxorem suam non propter necessariam militiam, aut alia justa de causa susceptam profectionem, deserat & ab uxore invita, vel annum unum volens absit: nec uxori interim & liberis de alimentis prospiciat: nec etiam uxori de maritali suo erga eam affectu, revertendi ad eam voluntate, aliquid, cum possit, significet: ius conjugii in uxorem, sic a se desertam, amisisse.[526] Nam aperte Spiritus sanctus pronunciavit, vt mulierem, ita & virum, non habere proprii corporis potestatem, sed sicut virum in corpus uxoris, sic mulierem habere potestatem in corpus viri: atque proinde debere conjuges, nullo se invicem officio conjugii atque; ideo nec cohabitatione privare, nisi ex communi consensu & religionis causa.

Huc accedit, quod Spiritus sanctus desertionis causam ad faciendum divortium, aperte concedit in iis responsis, quæ Corinthiis dedit de fratribus & sororibus, qui cum sint matrimonio conjuncti cum infidelibus, ab illis deseruntur. Nam inter alia & hoc istic respondet[527]: quod si incredulus discedat non est servituti addictus frater aut soror in huiusmodi. Quibus verbis, quis non videat, Spiritum sanctum perspicue pronuntiasse, desertum, conjugem, nulla sua culpa, haudquaquam obstringi ad eam servitutem deserenti, vt propter eum se a conjugio altero, si eo opus habeat ad pie & honeste vivendum, abstineat.

Sed dicet forsan aliquis, positum esse in hoc responso. quod si discedat ***ο άωιςΘ***, id est, a side Christi alienus. Sed quæso, an non fidem Christi factis rei iciat, qui sanctissimum conjugii fædus, a Deo ipso sancitum,, non minus impie quam temere dissolvit, uxorem deserit suam, quam debet, vt carnem propriam, imo vt Christus Ecclesiam, diligere atque fovere? At Spiritus S. causam liberationis conjugis fidelis, a servitute conjugis infidelis, non posuit infidelitatem discedentis, sed discessum infidelis jubet enim conjugem fidelem cum infideli manere, non obstante eius infidelitate, si is modo sere illum velit: ubi autem infidelis discedit, atque; eo iam pactum matrimonii prior dissolvit, ex eo facit Spiritus S. a servitute infidelis liberum conjugem fidelem. Cum iam de eo conveniat apud Christianos, qui a conjuge suo discedit sine legitima causa, eum, sicut conjugii, ita etiam Christi fidem plane ipso facto negare, quicquid eius profiteatur ore: liquet sane, quicunque; a conjuge suo, absque; causa legitima deseritur, eum nullo posse jure deserenti obstringi, vt non alterum connubium quærat & ineat, si opus co habeat ad sancte pieque vivendum.

[Liber 2 chapter 41 page 123]

An immedicabilis præstandi necessaria conjugii officia impotentia, inusta sit causa solvendi conjugium.

CAPVT XLII.

Ostendimus supra, ex prima matrimonii Institutione, & Dei de eo pronunciatis, matrimonium etiam dissolvi, si alter conjugum necessaria conjugii officia præstare nequeat propter corporis impotentiam, quæ sit secundum communem operum Dei ordinem immedicabilis.[528] De hac vero divortii causa nihil est in legibus Imperatorum constitutum, præter unum istud[529]: Si quis ab initio

526 Lex Dei uxoris, desertæ a marito suo, alteras nuptias concedit.

527 1.Cor.7.

528 An & propter morbum aliquem possit jure novum contrahi matrimonium.

529 Codex de repudiis l. in causis.

matrimonii, per duos annos uxori officium carnalis copulæ, propter naturalem imbecillitatem non præstiterit, vt tum demum vir eius modi repudiari possit ab uxore, vel uxoris parentibus. Julianus autem Jureconsultus scribit[530], etiam furiosam repudiari posse, quia ignoratis loco habeatur.

At si verbum Dei consideremus, & causas propter quas Deus matrimonium instituit: illud sane inde concludi perspiciemus, si, etiam constante matrimonio, incidat impotentia præstandi necessaria conjugii officia, cui juxta communem operum Dei rationem nullum possit inveniri remedium: tum ei quidem, cui eius modi accidit impotentia, omnino sic prospiciendum esse, ne quid curæ aut ministerii conjugalis, cujus quidem capax sit, desideret: alteri autem, cui Dominus virium integritatem servat, nullo modo esse obsistendum, quo minus & ipse conjugii ministeriis fruatur, sine quibus non valeat pie & honeste vivere.

In multis regionibus corripiuntur plerique homines morbo elephantia si[531], quæ vulgo, sed non proprie, lepra vocatur: quo morbus, si plane obtineat, est communi operum Dei ratione incurabilis. cumque; sit etiam hic morbus admodum contagiosus, separantur a consuetudine reliquorum hominum, qui eo laborant: nec conceditur sanis, vt conjuges suos hoc morbo infectos conveniant sæpius: ne quid scilicet contagii inserant liberis, aut sanis aliis hominibus. Si iam alter conjugum, cui Dei beneficio sanum est corpus, sit ex eorum numero, qui verbum cælestis cælibatus non capiunt, atque ideo uratur: tum forsan sit etiam ea facultatum tenuitate, vt cum propter se, suo in republica muneri sustentandum, tum propter liberos suos Domino educandos, ministeriis matris-familias carere nequeat, nec tamen mulierem possit domi habere sine præsenti illicitæ commixtionis periculo: quis verbi Dei recte consultus possit huic negare conjugem, quæ necessaria ei matrimonii officia exhibeat, ea tamen lege, ne ullo destituat conjugali officio morbidam quod secundum Dei verbum illa possit expetere? Nullo enim morbo, nullave alia rerum humanarum mutatione potest non verum fieri, quod Dominus dixit: Non esse bonum homini esse soli. Et, unum quemque; debere uxorem suam habere & unam quamque virum suum, ad evitandum fornicationem: Meliusque; esse nubere, quam uri.

Sic reperiuntur, in quibus furor, mentisque; alienatio ita radices egerit[532], vt nulla ars medica, eius mali liberationem possit polliceri. Si iam & per hunc morbum fiat, vt aliquis uxore sua, & matrimonii necessariis officiis privetur nec bonum sit eum conjuge destitui, atque ea, quæ uxoris munia obire cum velit tum possit: erit sane & huic talis uxor concedenda, qua sine pie sancteque vivere non valet.

Contingit præterea nonnunquam, vt uxores in partu, vel alias, ita ob lædantur, vt virum deinde nullo modo queant admittere[533]: si iam & hoc malum sit immedicabile & verum semper est,vt est, Melius esse nubere quam uri: planum sit & istiusmodi viro, cui sua inutilis facta uxor est, uxorem permittere,

qua ita frui possit, vt evitet fornicationem. Est quidem veræ conjugalis charitatis, qua nulla major, nulla officiosior, nulla constantior, vt & maritus uxorem & uxor maritum in nulla omnino calamitate innoxia, ullo destituat officio, quod quidem alter alteri præstare aliquo modo valeat. Hæc itaque; charitas, quoslibet conjugis morbos & quamvis cum corporis tum mentis imbecillitatem (si ulla sit spes sanitatis recuperandæ, aut tolerari inoffenso Deo queant ista conjugum incommoda ullo modo) una perfert, & continentiam ad id, atque tolerantiam a Domino facile impetrat, etiamsi morbi conjugis in aliquot annos

530 ff. de divortiis, & repudiis. l. Julianus.

531 De elephantiæ si.

532 De furiosis.

533 De iis uxoribus quæ factæ sunt ad congressum matrimonii inutiles.

extrahantur. Verum, ubi juxta solitum Dei operum ordinem, nulla omnino supersit spes, vt is conjugum ad usum conjugii (dico necessarium) restituatur, qui in tam graves morbos incidit, vt est elephantia sis, confirmatus furor & genitalis membri ob læsio immedicabilis: tum certe charitas illa vere conjugalis docet, sicut sanum virum uxori morbidæ, uxorem sanam viro morbido omnia impendere conjugii ministeria, quibus illi possint uti secundum Deum: ita eadem persuadet charitas, tantis morbis implicatis, sive uxori, sive viro, vt illa suo sano viro & hic suæ recte valenti uxori libenter concedat, quo & isti, quibus Dominus valetudinem conservat, necessariis ipsis ad salutem conjugii officiis non destituantur.

Quæ considerantes Principes quidam & Res publica in Germania[534], ubi eius modi casus inciderunt, rem ita temperaverunt: vt iis quorum uxores in morbos incidissent immedicabile, ipsique affirmarent se, sine vere uxoris ministerio non posse pie & sancte vivere, aut etiam liberos propter facultatum tenuitatem educare, alteram adjungere sibi uxorem permiserint. Id tamen ea lege, vt hi de alimentis & omni necessario ministerio morbidæ uxori perspicerent, si quidem hoc in eorum fuisset facultate: sin, magistratus curaverunt vt morbidæ uxores vitæ necessaria haberent, ex publicis ptochotropheis & nosocomiis.

Quodque hac in re indulserunt viris, quorum uxores in huiusmodi morbos incidissent: concesserunt etiam uxoribus, quorum mariti his malis inutiles eis essent facti, si quidem pari necessitate constringerentur. Compererant enim quam plurimos, quibus ex huiusmodi morborum causis usus conjugii ademptus fuissent & alterum conjugium negatum, aut turpes ad se accipere concubinas, aut in vagas præcipitare se libidines, vel etiam in flagitia graviora prolabi. Existimarunt igitur jure, esse satius, vt talibus legitima concederent conjugia, quo & horum conscientiæ essent sinceræ coram Domino, Deique inuocationem certam retinerent, ac totius domus eorum honestas conservaretur, nec offendiculum aliquod ab eis objiceretur Ecclesiæ & Rei publicæ. Hæc vero judicasse illos Principes & rerum publica gubernatores, verbo Dei con sentientur facile agnoscent, quicunque vim verborum Domini de conjugii in plurimis hominibus necessitate, religiose expenderint.

Hæ ad ferenda hic putavi ad eam explicandam quæstionem, num concedi a Christianis Principibus & rerum publica moderatoribus possit,[535] divortium facere & ad alteras transire nuptias, aliis quam fornicationis & stupri de causis. Ex quibus, si omnia rite & ex verbo Dei ponderentur, satis liquebit, neminem, nec virum, nec mulierem, cui opus sit ad bene casteque; vivendum conjuge, ac conjuge cohabitante, atque; conjugii necessaria officia faciente, prohiberi debere, quin vir talem quærat uxorem & habeat, & mulier talem virum, si deprehensum & evictum sit, vel virum, cui pia mulier nupta suit, vel mulierem, quam vir pius uxorem duxit, præstare necessaria conjugii officia aut obstinate nolle: aut eius modi commisisse scelera, vt propter turpitudinem suam

[Liber 2 chapter 42 page 125]
non possit: aut denique incurabili impediri impotentia, quo minus per corporis vires illa valeat conjugii officia persolvere.

Divortia concedere justa, ob omnes prædictos causas: dum scilicet alter conjugum necessaria alteri conjugii officia præstare aut pertinaciter non vult: aut vel per admissa flagitia, aut immedicabilem corporis impotentiam non potest consentire verbis Domini contra divortium pronunciatis.

---

534 Quid principes & res publica Germaniæ statuerint de iis, quorum conjuges per incurabiles morbos facti sint ad conjugium inutiles, & de morbidis conjugibus.

535 Conclusio de eo quod & aliis, quam fornicationis, de causis concedenda sint legitimæ divortiæ, novaque; inire connubia.

CAPVT XLIII.

Iam itaque videndum, quomodo hæc consentiant cum verbis Domini, quibus tam diserte prohibuisse videtur, uxorem, excepta fornicationis causa, dimittere &alteram ducere.[536] Ad quam rem plane perspiciendam, necesse est, vt illa semper in conpectu mentis retineamus: In verbis Domini nihil posse esse dissentaneum. Verba & responsa Domini, ultra propositam quæstionem non esse extrahenda: Dominum in doctrina sua, & responsis de divortiis, & matrimonio post divortium contracto, nequaquam instituisse omnes exequi casus & causas, ob quas liceat Christianis dissolvere priora conjugia, & altera inire: Non bonum esse, eos solos: id est, absque conjuge vivere, qui castrationem propter regnum cælorum non capiunt, ac ideo in periculo versantur fornicationis: Bonum autem esse, unum quemque talium hominum habere conjugem suam, ad fornicationem evitandam.

Ad hæc itaque respicientes, videamus quid nam Dominus tentantibus se Pharisæis responderit de divortio, & de alteris nuptiis a divortio initis, quamque; late eius responsa pateant.

Primum, neo nisi valde contentiosus, negaverit Pharisæos Dominum interrogasse, num liceret viro uxorem dimittere a se, quæ revera & secundum legem Dei uxor esset, tum haberetur[537]: hoc est, eam quæ cum viro suo habitaret & necessaria conjugii munia obire tolerabiliter tum vellet, tum posset. Quæ enim cum viro suo non degit, dimitti ab illo non potest: quæque præstare se adjutorium viro, carnemque unam aut omnino detrectat: aut vt præstare se adjutorium viro, carnemque unam aut omnino detrectat: aut vt præstet, ineptam se ipsa fecit flagitiis suis: aut propter immedicabile morbos non valet: uxor secundum legem Dei censeri haud debet: uti supra ex prima conjugii Institutione & oraculis Dei de eo, demonstravimus. Nec certe Pharisæi de talis uxoris repudio quæstionem proponere Domino voluissent. Nunc cum constet, Christum Pharisæis, quanquam hostibus suis, respondisse tamen simpliciter & directo: atque ideo non nisi de eius modi uxore, quæ secundum legem Dei agnosci uxor debeat & ab illis tum habebatur: hoc est, de ea quæ studeat viro adhærere suo, omnesque conjugii partes pro viribus exequi (qualem uxorem dimittere non adulterii convictam, est sane mœchari: hoc est, sanctissimum matrimonii pactum violare, & hoc crimine aliquo modo aspergere atque infamare tam dimissam iniuria uxorem, si alteri nubat, quam etiam eum qui illam ducit) quis non videat nefas esse id, quod Dominus Pharisæis respondit & alias docuit de non dimittenda uxore vera & legitima, ad eam extrahere mulierem, quæ vel virum iam suum deservit: aut se uxoris loco & dignitate ipsa dejecit, ea admittendo flagitia, propter quæ debeat aut mortis affici supplicio, aut mitti in exilium, aut haberi infamis?

Deinde constat ex septimo primæ ad Corinthios, quem locum paulo

ante tractavi, Dominum nolle fratrem aut sororem, discedenti infideli conjuge, servitute obstringi. Et hinc ergo concluditur, Dominum ex causa discessus a conjuge alia quam stupri, concedere justum facere divortium: & eo facto, novas inire nuptias. Nequit igitur prohibitio illa Domini, qua dimittere uxorem prohibet, excepta fornicationis causa, ad quamlibet extrahi & ampliari mulierem, aut virum quemvis, qui aliquando suerunt inter se conjugio copulati: sed de iis solis intelligi debet, qui cum volunt, tum etiam possunt, tam per publicam honestatem, quam per corporis valetudinem munera

536 Quomodo cum verbis Domini, quibus omne divortium prohibere videtur factum extra causam stupri, consentiat concessio divortii etiam ob alias causas.

537 De cujusmodi uxore responsum Domini, de non dimittendæ uxore sit intelligendum.

exequi conjugii necessaria.

Hæc veritas tam potens est, vt & Papistas moverit, ad concedendum suum divortium etiam ob causam malæ tractionis[538], & negati officii conjugalis & eius modi certe divortium, quo nihil amplius, etiam stupri causa intercedunt, concedunt. Nam & propter illas causas separant eos, qui conjugio juncti erant, thoro & mensa, perinde atque propter causam stupri.

Sed hic occurritur eo, etiamsi detur, Dominum, concessionem divortii non in unam stupri causam inclusisse[539]: tamen non liquere, eum permisisse, si ista causa non intercedat, alteras posti illud divortium facere nuptias. Ad quam obiectionem respondeo. primum, unam esse pro nunciationem Domini, de divortio & de alteris nuptiis. Quocirca cum evincitur, vt evictum est, Dominum faciendi divortii facultatem non ad unam stupri causam coartasse: dici haud potest, eum potestatem alterum subeundi conjugium, ab eo divortio ad istam unicam causam adstrinxisse. Idque evidentissime & ex eo patet, quod modo adduximus, quod Spiritus sanctus desertum iniuria conjugem, deserentis servitute ita liberat, vt is non solum justum possit huic remittere repudium, verum etiam alteras quærere nuptias.

Postremo, cum Deus neminem velit propter alienam culpam in discrimine constitui, sicut fornicationis, ita sempiterni exitii: tum etiam præceperit viris duro corde, invisas sibi uxores, liberas a se dimittere, quo nubant piis, & ipsarum amantibus viris: haud certe poterunt illa Domini verba, quibus dicit, Committere adulterium & eum, qui uxorem suam a se dimittit extra stupri causam, & ducit alteram: & eam mulierem, quæ sic dimissa, aut quæ, postquam a viro suo vitro divertit, nubit alteri & virum qui talem mulierem in uxorem ducit: ad eum quoque virum detorqueri, qui uxore sua legitimis de causis repudiata, ducit alteram: atque ad eam mulierem, quæ cum a viro suo dimissa suerit, aut ab eo ob justam causam discesserit, nubit viro alteri: denique nec ad eum virum, qui citra omnem fraudem contra prius connubium ducit rejectam a viro suo, aut quæ virum suum priorem jure deservit.

Nam si vir pius & honestus cogatur flagitiosam & intolerabilem uxorem in conjugio retinere & se eam dimittat, alteram non ducere, etiamsi uratur: alienam certe præstare culpam & versari uti in fornicationis, ita in æternæ condemnationis periculo compelletur: quod utrumque manifesto pugnat cum tot clarissimis Dei oraculis, quorum aliqua supra adduxi. Eadem iniquitate premetur, in eodemque salutis periculo ponetur & mulier, cui non concedatur, siquidem sit ex earum numero, quæ conjugii donum a Domino & non cælibatus acceperunt, vt alteri nubat viro, postquam est vel a priore viro suo dimissa, nec potest ille, vt eam recipiat iterum, exorari: vel legitimas ob causas ipsa repudium misit viro. Ita si vir, qui ad hunc modum dimissam a viro suo mulierem, aut adductam vt ipsa ab illo jure diverterit, in uxorem assumit in Domino, nulla priori conjugio fraude intentata, crimini subjiciatur adulterii: & ipse sane alienum cogetur portare onus & alterius

[Liber 2 chapter 43 page 127]

luere peccatum. Cum itaque horrenda sit in Deum blasphemia, sic verba eius interpretari, vt aliquid in illis reperiatur dissentiens, nullo licebit modo hæc, de quibus agimus, Domini verba extrahere & ampliare ultra eos viros & mulieres, qui divortium faciunt nulla legitima de causa: aut in fraudem prioris justi conjugii, novo & iniquo conjunguntur matrimonio: atque; eo verba eius detorquere, vt adulterii crimine involvamus etiam eos veros qui uxores suas repudiant, quæ nihil minus quam uxores se præstant, juxta primam matrimonii a Domino ipso Institutionem & ducunt alteras in Domino: aut eas mulieres, quæ iniuria rejectæ a viris suis, vel illis juste repudiatis, aliis viris in Domino nubunt: vel illos denique viros, qui eius modi mulieres a viris suis dimissas, aut vt ipsæ ab eis diverterent compulsas, in Domino ducunt uxores. Etenim ex eius modi interpretatione necessario consequitur, vt

538 Et Pæpistæ divortium concedunt extra causam stupri.

539 In quas blasphemias incurrant, qui verba Domini, quibus prohibet divortium, ad quosuis viros et uxores detorquent

ostendi, Christum Dominum nostrum secum pugnare. Quis enim non agnoscat, illa inter se plane adversari, innocuos viros & mulieres contumeliis & iniuriis, impiis hominibus sub falso conjugii titulo addicere: & præcipere, eius modi viros & mulieres contumeliis & iniuriis salsorum conjugum, omnique; conjugii cum illis vinculo liberare? Æque inter se dissident & illa, innocentes & pios conjuges, alienam vt luant perversitatem adigere, aut certe in manifesto æterne perditionis discrimine tenere: & affirmare, se nemini alieni peccati onus imponere, nec quemquam in ullum salutis discrimen impellere.

Ergo sicut vel cogitare de Domino & Deo nostro IESV Christo, quod ullo a se ipso verbulo dissentiat, extrema impietas est: ita modis omnibus repudianda est illa verborum Domini manifesta depravatio, non interpretatio, quæ quod Dominus divortio & novo conjugio interdicit extra causam adulterii, ad omnes eos extendit viros & mulieres, qui semel matrimonio quolibet suerint conjuncti.[540] porro quanquam nec uxor, quæ vel nulla sua culpa a viro ejicitur, vel justissimis de causis a viro discedit: nec vir, qui talem uxorem absque omni fraude ac vere in Domino ducit, adulterii crimine revera teneantur: cum tamen isti huius criminis turpitudine aliqua aspergantur, cum eius modi mulier priore viro vivente, juncta sit alteri viro: voluit Dominus peccatum & matrimonii violationem injusti repudii, quantæ sit noxæ, etiam ex hac iniuria ostendere, qua afficiuntur & innocens mulier, quæ illegitime a viro suo repudiata sit, vel legitime illum repudiarit: & vir pius, qui talem mulierem innocenter in uxorem assumit. Affines enim hi quodammodo habentur adulteris: idque nulla sua, sed improborum suorum priorum conjugam culpa.

Ex his itaque clare efficitur, atque indubitato, illa verba Domini, quibus dixit, committere adulterium & eum virum, qui excepta fornicationis causa uxorem suam repudiat, & eam uxorem, quæ extra illam causam a viro discedit, tum & virum illum, qui vel dimissam iniuria, vel diversam jure a priore suo marito uxorem ducat: de eo tantum viro debere intelligi, qui uxorem suam repudiat, quæ cupit bonæ uxoris partes exequi, atque; id potest tam per vitæ honestatem, quam per corporis valetudinem: & de ea duntaxat uxore, quæ discedit a viro suo sic comparato & animato, vt verum se uxori suæ caput prester & servatorem: ita denique & de eo tantum viro, qui eam ducat mulierem, quæ aut dimissa sit, aut diverterit a viro suo illegitime & de qua spes sit, vt priori viro suo reconcilietur.

[Liber 2 chapter 43 page 128]

An etiam jure repudiatis altera concedi conjugia debeant.

CAPVT XLIIII[541]

Hic vero quæritur, num & illis conjugium permittendum sit, qui sua culpa repudiati, prioris conjugii jure deciderunt.[542] primum, orandus Deus est, vt nostris Principibus & magistratibus suum donet spiritu, ne velint videri sapientia sua & clementia ipsum Deum superare: atque studeant iis penis in sancti conjugii violatores animadvertere, quas Deus ex verissima sua misericordia in omnes homines, etiam ipsos peccatores, sancire. Eo enim pacto multos in hac disputatione scrupulos sum

---

540 Quatenus crimine adulterii lædantur, & injuste repudiata uxores, vel juste a viris suis discedentes, & qui illas ducunt.

541 [in the original: XLVIII, but this is a misprint. The proper chapter number of the original should be XLIIII (ch. 44)]

542 Quibuscunque; vitæ præsens conceditur, iis & conjugium concedendum est.

movebunt.

Porro, si quos ex his sanctissimi foderis matrimonii dissipat oribus, in hac vita relinquant, jure id vel iniuria fecerint, his profecto concedere eos oportet simul ea omnia, sine quibus illi vitam corrigere suam, & sanctitati se atque honestati dedere non queant. Quærendi enim omnes sunt, qui perierunt, & Domino adducendi, dum nobiscum in hoc seculo versantur: nec cuiquam ullum ob scelus via præcludi debet resipiscendi & vitam emendandi. Iam ostensum supra est abunde, plerosque homines extra conjugium caste pureque vitam degere haudquaquam posse. Nemini igitur, qui in hac vita relinquatur & opus habeat conjuge, ullam ob eius culpam interdici potest conjugio.

Porro[543], cum atrocissimum sit flagitium ac scelus, sanctissimum conjugii fædus eo usque violasse, vt retineri quis in hoc fodere a sancto & pio conjuge non queat, nec debeat, consentaneum sane est Christianæ disciplinæ & honestati, vt qui tam importuno se scelere implicaverunt, non quidem arceantur conjugio, quo sine non valeant vitam Deo gratam ducere: sed non tolerentur en ea urbe vel pago, ubi tantum scelus admiserunt. Quam rationem servarunt erga huiusmodi homines, qui jure ob sua scelera & fla titia essent repudiari, Principes & gubernatores rerum publicarum in Germania.

Esse quosdam homines sic a Domino factos ad conjugium, vt Dei decreto repugnet, qui illis connubio interdicat ulla de causa.

CAPVT XLV[544]

Hæc vero omnia cum & eo nitatur, quod Deus neminem velit ulla ratione, aut ullam ob causam adstringere, vt in periculo versetur salutis: en eo autem constet versari omnes, quibus datum non est, se propter regnum cælorum castrare: de hoc ipso mens bene confirmanda est, & manifestis illis Dei oraculis[545]: Non omnes capiunt hoc verbum, sed quibus datum est: Melius est nubere, quam uri: unusquisque uxorem suam habeat, una quæque virum suum: Velim omnes esse, sicut me ipsum: unusquisque autem habet proprium donum, alius sic, alius vero sic.

Nam sunt etiam ex S. Patribus[546], qui cælibatus donum inter ea numerant, quæ a Domino possit quivis, si velit, impetrare: uti est donum Spiritus fidei, & charitatis, ac cætera, quæ sunt ad salutem omnibus hominibus necessaria: & non inter ea, quæ certis tantum hominibus destinantur & promittuntur, ac ideo esse utilia possunt: vt sunt dona variarum artium,

[Liber 2 chapter 45 page 129]

linguarum facultatum, animi, corporis & rerum. Iam his donis Dominus neminem quidem destituit, ea rite quærentem ac petentem, si ei prosint, ad suam in Ecclesia functionem melius exequendam: at sicut ista dona non cuiusque; congruunt vocationi, ita nec a quolibet possunt obtineri, quantumvis studii & precum quis adhibeat, quo illis potiatur. Nec enim Dominus ea cuivis permisit, nec sunt cuique; bono. Sicut itaque, donum rem publicam pie & rite gubernandi, aut hostem fortiter, profligandis, vel ægrotis salutariter medendi, ille frustra ambierit a Dominus, qui ad gubernandam rem publica vel ad militiam,

---

543 Non ferendi violatores conjugii in ea civitate vel pago, ubi conjugii jus violarunt.

544 [the original calls this chapter XLIX but it is a misprint. The proper chapter number is XLV.]

545 Matth.19., 1.Cor.7.

546 Utrum sit donum cælibatus omnibus ex æquo pro positum.

vel ad administrandam medicinam ab eo non sit vocatus: ita etiam cælibatus donum non, conparaverit sibi, qui ad conjugium, non aut ad cælibatum sit a Domino designatus, quicquid vel moliatur ipse, per se, vel petat a Dominus. Quæ enim in nomine, atque; ideo ex sententia Domini ostri IESV Christi oraverimus[547], ea omnia & Pater dabit nobis & filius efficiet. Proinde cum adolescentibus & adolescentulis, dum tempus adveniat, quo ex sententia Domini matrimonio jungantur, opus sit ad salutem suam retinendam, dono vivendi in puro sanctoque; cælibatu: sicut & iis quorum conjuges vel detinentur morbis, vel absunt justis de causis: aut certe necessitate, quæ incidit absque; illorum culpa, vt qui immeriti continentur carceribus & vinculis vel exilio: hos certe oēs Dominus dono veri cælibatus haudquaquam destituit, si id piis a se precibus contendant, adjuncto ipsorum justo studio.[548] At qui & ætatem habent, atque; opportunitatem ineundi sancti conjugii, atque; sentiunt se ad hoc esse genus vitæ a Dominus factos, & accersiri: hi, præfecto, si vocantem Dominum ad sanctissimam hanc vitæ rationem, & donum, in hoc sancte Deo serviendi, pergant contemnere, donum cælibatus veri & pii haudquaquam impetrabunt: sicut nec præmissum eis est, nec ad ipsorum aut Ecclesiæ utilitatem quidpiam possit conferre. Vult enim Dominus, non o ens se propter regnum cælorum castrare, sed multo majorem hominum partem vivere in sancto conjugio: viros uxores suas & liberos habere & alere, & pietate instituere[549]: mulieres viris ad hæc ipsa esse adjutorio: atque; ita inter se fovere & colere cum vitæ honestatem, tum veram humanitatem & charitatem: atque; cælo simul cives gignere & educare. Unusquisque; suum proprium habet donum, inquit Spiritus S. alius sic, alius vero sic: certus itaque; ac de finitus hominum numerus est a Deo factus & designatus: vt ad pium & verum cælibatum, ita etiam ad castum conjugium: & ad utrumque; vitæ genus, alius multo, alius exiguo tempore, alius pro o em vitam vocatur.[550] Nemo certe prudentium opificum inter homines alique der facere opus instituet, qui non prius certo destinet usui, quam quicquam in eo efficiendo operetur. Quantum igitur sit nefas, cogitare, vel dicere, Deum æternam sapientiam, ullum, perducere hominem in hanc lucem, creaturam tam eximiam, quæque; ipsius imaginem referre debeat, quem non ante certo vitæ generi, certisque; quolibet eius vitæ tempore, actionibus designet, instruat, suoque; tempore accommodet? Nec enim Prophetas tantum & Apostolos, ad ipsorum sanctificavit atque; segregavit munia, in & ab utero materno: sed unum quemque; suorum ad certum ac definitum vitæ huius munus iam inde a primo ortu designat, destinat, & cum opportunum suerit adhibet. Satis quoque; clare edocet unum quemque quolibet tempore, certumque; facit, qui eius modo voluntati sese totum consecraverit: atque, vt se de sua voluntate certiorem semper faciat, assiduis ab eo & fidelibus precibus contenderit, in quanam vitæ conditione & quibus maxime rebus atque; rationibus possit quisque; gratum ipsi cultum præstare.[551] Est enim Deus super omnia, per omnia & in omnibus: efficitque; omnia in omnibus & in uno quoque; suorum, id qui & cuique; pro se & ecclesiæ in qua quisque; degit, maxime præfit, Efficit in his omnibus et velle & efficere, qui ipsis sunt vere salutaria. Hæc qui fideliter pensitet is facile agnoscet, esse certos & definitos homines, quibus Deus donum confert castrandi se, propter regnum cælorum[552]: & aliis in omnem vitam, aliis certis tantum vitæ temporibus. Etiam esse & illis multo plures, quos deputat conjugio, & donis suis instruit, vt in eo vitæ genere pie & caste sibi serviant. In quo hominum genere qui sunt, hi ne possunt quidem, etiamsi velint, donum cælibatus certa a Domino side orare: tum

---

547 Ioan.14. & 16. Quibus Dominus donum pii cælibatus non neget

548 Qui donum cælibatus frustra a Deo pectant.

549 Bona conjugii.

550 Deus quosuis homines ab utero segregat, & ab æterno designat ad certum vitæ genus.

551 Ephes.3., 1.Cor.12.

552 Donum cælibatus non impetrabunt a Domino, qui sunt ab eo vocati ad conjugium.

maxime, cum sentiunt se ad conjugium ab eo vocari.[553] Sentiunt

[Liber 2 chapter 45 page 130]
autem sancti se ad conjugium accersiri, etiamsi non urantur, cum vident se a Domino in ea collocari vitæ conditione, quæ conjugium requirat, offerrique; sibi opportunitatem quoque; pii & sancti conjugii contrahendi. Vt enim bona & prudens uxor, ita & bonus prudensque; vir a Domino, sicut dantur, ita clare indicantur quoque; & offeruntur. Ducit enim, & regit bonus pastor suos in omnibus, certa & evidenti ratione: qui ne pilum quidem illis de capite decidere, sine paterna sua prudentia patitur.

Utrum autem donum conjugii vel cælibatus quis acceperit a Domino, de eo quisque[554]; suo judicio & conscientiæ relinquendus est: ita vt Dominus ipse omnes reliquit & relinquere veritas ipsa etiam sanctos illos Patres conpulit: qui tamen desidiæ & precum negligentiæ attribuerunt, si quis negaret se extra conjugium posse caste sancteque; vivere: uti supra ex ipsorum S. Patrum verbis ostendimus. Manet itaque; firmum & indubitatum apud omnes verbo Dei recte credentes, esse quam plurimos hominum, qui in manifestum & exitiale discrimen impelluntur, sicut vitæ impuræ, ita & gehennæ, si eis negetur sanctum conjugium. Iam cum nemini vel ob propriam, nedum propter alienam culpam, debeat via præcludi salutis, aut ullo contra peccata interdici remedio: in officio profecto erit & piorum Principum, omniumque qui res publicas gubernat & præsidum Ecclesiæ, uni cuique, cum viro tum mulieri, affirmanti opus sibi esse conjuge & conjuge vero, qui necessaria conjugii officia vel tolerabiliter præstare & velit & possit, concedere, vt talem sibi quærat & accipiat conjugem: siquidem docere possit, se talem conjugem non habere.

Hoc Christus ipse servator noster judicavit bonum & contrarium non bonum[555]: atque; prohibere nuptias, Spiritus S. pronunciavit dogma esse dæmoniorum. Diserte quoque præcepit duris corde maritis Dominus, uxores suas, quibus se omnino nolint accommodare & exhibere eius modi maritos, quales ipse prima matrimonii Institutione, & alias requirit, liberas a se di mittere, quo nubant illæ aliis bonis & veris maritis. Nec enim vult quemquam alienam præstare culpam: nec etiam ulli ob propriam culpam, pænitentiæ ac purioris vitæ viam præcludi. Hæc religiose pensitamus: & facile videbimus, non absque; gravi in Christum Dominum contumelia, eius verba, quæ apud evangelistas & apostolum Paulum leguntur de divortio, & nuptiis post divortium, superstitibus adhuc prioribus conjugibus, initis, posse sic interpretari, vt ab ipso sanctum conjugium quasi ex eius sententia cogantur, ulla de causa, aut ullius ob culpam, vivere extra conjugium, atque; ita in discrimine æternæ salutis: aut vivere cum eius modi hominibus alligati matrimonii vinculo, qui non solum officia sibi foderis conjugalis non præstant, sed contra intolerandis se afficiunt contumeliis atque iniuriis: aut certe crimen subire adulterii, si quidem tales salsos conjuges commutent veris.

Si quem vero contra hæc moveat, quod nonnulli S. Patres contrarium his videntur sensisse[556]: is consideret primum vetustiores, & melioris inter S. Patres judicii, his non omnino dissensisse: sed compulsos ipsa veritate, ex manifestis Dei oraculis, cognita & observata hominum infirmitate hac in causa divortii & post divortium novi contracti matrimonii (etiam extra stupri causam) eadem quæ nos, aut concedenda aut facta nullo modo rescindenda censuisse. Quod ad alios minorum gentium Patres pertinet, regulam, quam & hi ipsi, & omnes S. Patres tradiderunt, sequamur: vt ex Dominus scilicet Scripturis de illorum sententia statuamus, non ex eorum interpretationibus præ judicemus Scripturis.

---

553 Unde agnoscendæ vocatio Dei ad conjugium. Prov.19.

554 Quo quisque; judicio & conscientiæ relinquendus est, ad quod se sentiat unitæ genus a Domino vocari. Conclusio: conjugem verum concedendum esse omni non habenti.

555 1.Tim.3.

556 Vetustiores Patres adductis his non omnino disentiunt.

[Liber 2 chapter 45 page 131]

Expensa verba Spiritus sancti, 1 Corinthios. 7. De laudibus cælibatus.

CAPVT XLVI.

Deinde religiose quoque observet, quem dissentientium hic Patrum movet authoritas, Antichristi mysterium, de dignitate & singulari sanctitate, omnibusque proposita facultate cælibatus[557]: & de vere sancti conjugii indignitate, impuritate, & cum vera sanctimonia pugnantia, statim ab Apostolorum morte, cepisse hominibus obtrudi ex salso intellectu horum Pauli apostoli verborum:

Qui cælebs est, curat ea quæ sunt Domini[558], quomodo placiturus sit Domino. At qui duxit uxorem, sollicitus est de his quæ sunt mundi, quomodo placiturus sit uxori. Divisa sunt hæc duo, mulier & virgo. *Innupta curat ea quæ sunt Domini, vt sit sancta cum corpore, tum spiritu. Contra, quæ nupta est, curat ea quæ sunt mundi, quomodo placitura a sit viro.* Item etiam istorum: *Hoc autem dico[559]* (vt scilicet de functi ieiuniis & precibus, iterum conveniatis ad congressum conjugalem) *juxta indulgentiam, non juxta præceptum.*

Ex hoc enim posteriore loco collegerunt, usum matrimonii non præcise prolis causa susceptum, rem este veniæ, ac ideo peccati: ex illo vero superiori, connubium rem esse, quæ a continenti Dei cultu per se abstrahat & implicet rebus mundi. cælibatum vero per se adferre curam eorum quæ Dei sunt: atque efficere, vt homines negotiis mundi exempti, sine ulla distractione adhæreant Deo.

Quæ interpretatio quam sit salsa, satis superque demonstratum est[560], & demonstratur ab iis qui cælibatum profitentur sub Antichristo Romano: quibus nemo, quæ Dei sunt, minus & quæ mundi sunt curat amplius: nisi res mundi hæ non sint, manifesta doctrinæ [561], sacramentorum, & disciplinæ Christi depravatio, Simoniæ sacrilegia, omnium sacrorum nundinationes, stupra, adulteria, & his flagitiosior. Non minus vero evincunt, istam interpretationem cum mente Spiritus sancti non consentire, innumeri sanctissimi homines, qui in sancto conjugio & curaverunt olim & curant hodie quæ Dei sunt, non quæ mundi.

Sic refutatur & alterius loci interpretatio, per hoc, quod blasphemia est in Deum dicere, eum non permittere tantum, sed jubere etiam, quanquam secundum indulgentiam, quod revera peccatum sit, a solido Dei cultu ad studia detrudat mundi.

Priore itaque; loco nihil aliud vult Spiritus sanctus docere, quam cælibatu, & non quolibet[562], sed qui sit propter regnum cælorum susceptus (atque; ideo ab iis hominibus, qui ad hoc vitæ genus sunt divinitus, vt vocati, sic etiam instructi) expediri huiusmodi homines, vt possint se rebus divinis plenius dedere: absque; ea, ad res mundi distractione, quam patiuntur ii, qui mundanis hominibus sunt conjugio copulati.

---

557 Magnum mysterium Satanæ obtrusum Ecclesiis per cælibatum.

558 Commendatio cælibatus ex. 1.Corin.7.

559 1.Corin.7.

560 Falsæ dictorum Apostoli de laude cælibatus interpretatio.

561 Blasphemiæ est, dicere congressum conjugalem esse per se peccatum.

562 Veræ interpretatio locorum duorum ex. 1.Cor.7., iam ante adductorum.

Nam si mulier fidelem habet maritum & maritus fidelem uxorem[563], adjuvant hi se mutuo, quo mundo in dies ambo magis cruci figantur & illis mundus: omnemque; negotiorum mundi sollicitudinem a se amoliantur. Præstare enim conjugii officia in Domino, liberos procreare & educare, atque; cætera præsentis vitæ munia obire, res & actiones sunt, quanquam præsentis seculi[564], tamen cælestes & non mundi: qui in malo jacet omnino & spiritum veritatis capere non potest, oditque; Christum Dominum, & Patrem. Quamobrem Spiritus S. verbis illis suis, quibus tribuit cælibatui curam rerum divinarum & conjugio mundanarum statim subjecit: *Hoc autem ad id, quod vobis conducibile est, dico: non uti laqueum vobis injiciam: sed vt, quod honestum & decorum est, sequamini & adhæreatis Domino, absque ulla distractione*. At

[Liber 2 chapter 46 page 132]
qui supra satis demonstravi, cælibatu, præter Dei vocationem & donum, suscepto, homines abstrahi a Deo, & in vitam improbam & inhonestam de trudi, laqueo Satanæ obstrictos. Nec sane verendum Apostolo erat, vt præmissis de cælibatu & conjugio testimoniis suis, cuiquam laqueus inijceretur, si cælibatus omni homini conducit eo, vt melius curet quæ sunt Dei: & non sint aliqui, quibus cælibatus in laqueum cedat peccati & perditionis: hoc est, eo, vt quæ Dei sunt, omnino contemnant, curentque; tantum ea quæ sunt mundi perditi.

Quam autem exitialis laqueus sit, & suerit olim cælibatus innumeris prope hominibus[565], cum historiæ superiorum, tum præsentium temporum experientia, nimium deplorandis atque execrandis modis evincunt. Iam enim tempore D. Cypriani, qui a passo Christo circa ducentesimum & vigesimum annum scripsit, ceperant Ecclesiarum Diaconi, cum dicatis Deo virginibus non modo una habitare, sed etiam in eodem lecto dormire: & tamen virgines illæ haberi volebant: & si de corruptione arguerentur, offerebant se obstetricibus conspiciendas. Ex qua illicita & periculosa conjunctione, scribit S. Martyr, se graves multorum ruinas vidisse, atque; corrumpi plurimas virgines, cum summo animi sui dolore, conspexisse.

Ita multis postea canonibus Conciliorum etiam Nicæni, item S. Patrum scriptis, acriter contra fidam istam & perniciosam clericorum cum mulieribus cohabitationem, pugnatum est: sed eo successu, vt res semper abierit in deterius, donec ab omni ordine Ecclesiastico, tum etiam a monachis & monachus, quoddam impudicitiæ & stuprorum quasi diluvium in orbem inundaverit.

Ceperant enim prope soli cælibes pro sanctis haberi, præsertim qui in Clericorum essent ordine.[566] Inde, cum puderet plerosque; æstimatione sanctimoniæ haberi se propter conjugium in postremis, nemo non vitam inibat cælibem, quantumvis impar ad eam facultate esset. Postea vincente natura & declarante Deo qua indignæ serat, adspernari sanctum conjugium: propter inanem apud homines existimationem, factum est, vt qui propter præpostera judicia hominum, non audebant honoratum apud omnes connubium amplecti, progressu temporis non vererentur, Dei & hominum judicio contempto, tam horrendis se contaminare flagitiis. Quibus cum oppressæ essent eorum conscientiæ, profligatus timore Domini, & erepta Dei sincera inuocatio, projecerunt se in omne nefas & scelus, in tantam totius religionis perversionem, Ecclesiarum despoliationem, & sacrorum omnium nundinationem.

---

563 Pii conjuges adjuvant se invicem ut curent, non quæ mundi sunt sed quæ Dei.

564 Officia conjugii vera side præstita, res cælestes sunt, non mundi. Moderatio Apostoli, subjectæ laudibus de cælibatu.

565 Quam perniciosus laqueus suerit tempore D. Cypriani, & sit hodie quam plurimis cælibatus. Lib.1.Epist.11.

566 Cælibatum ita flagitiose auxit inanis gloriæ.

Hos nobis tam exitiales fructus attulit cælibatus, præter Dei vocationem, & com sancti conjugii contemptione, susceptus.[567] Ex his ergo fructibus statuamus de arbore, cui istos fructus acceptos serimus: nec patiamur nobis oculos præstringi, vel antiquitate tam infeliciter tentati cælibatus, vel ullorum S. Patrum authoritate: verbumque; & judicium Dei tanto omni humanæ authoritati & sententiæ anteponamus, quanto Deus major est omnibus sanctis suis sicut sapientia & sanctitate, ita etiam voluntate docendi nos, & præcipiendi nobis quæcunque; nobis ullo modo queant esse salutaria, sancta, honesta & decora. Quod qui fecerint, hi certe non poterunt non agnoscere, bonum esse & salutare: imo ad repurgandum Ecclesias & Res publicas, tantis tamque; importunis impudicitiæ probis & offendiculis, omnino necessarium: honorato in omnibus conjugio, nemini hominum ullam ob causam aut culpam esse interdicendum, qui affirmet, sibi conjuge ad pie & sancte vivendum opus esse: constetque; eum conjugem, quæ ei conjugii necessaria officia exhibere & velit & possit, secundum verbum Dei non habere.

[Liber 2 chapter 46 page 133]

Conclusio totius tractatus de conjugiis & divortiis.

CAPVT XLVII.

Hæc visum est, Serenissime Rex, adferre, cum ad explicandum quibusnam de causis, secundum Dei verbum a Christianis Principibus[568], atque Rerum publica moderatoribus, concedi conveniat, infaustum quidem illud, nonnunquam tamen pernecessarium auxilium, divortii, & alteras nuptias admittendas: tum ad demonstrandum, quomodo verba Domini de hac concessione inter se consentiant. Multa illa quidem sunt, quæ attuli, atque a me admodum fuse pertractata, repetitis sæpenumero iis Dei oraculis & primis in hac tractatione principiis (maxime cum requiri id videretur, ad evidentiorem faciendam de propositis sententiis demonstrationem) in quæ Domini oracula & principia defixam semper habere mentem oportet, eum qui de hac quæstione illud velit certo cognoscere & firmum retinere, quod hac in causa sit ex Domini sententia cum faciendum, tum concedendum, At si consideremus, quales ac quantas Antichristus huic quæstioni tenebras offuderit, utque; alte adhuc inhæreat plurimorum animis perniciosa illa sancti conjugii contemptio, cælibatusque; in omnibus, etiam in iis qui ad eum minime vocati sunt a Deo, admiratio: vereor admodum, vt hæc omnia, quamvis multa, satisfaciant plerisque; eo, vt desinant velle videri Deo ipso & sapientiores, & sanctiores: atque; in concedendis legitimis nuptiis se præstare severos, faciles autem ad connivendum omnibus non scortationis modo flagitiis (cum in Dei populo nullus omnino scortator, nullamque; scortum debeat tolerari)[569] verum etiam stupris & adulteriis.

Dominus noster Iesus Christus, qui ad nos venit vt omnia Satanæ opera destrueret[570], velit suum largiri spiritum omnibus Christianis, ac præcipuæ Christianorum moderatoribus cum in Ecclesiæ, tum in Rei publica administratione (de Serenissimæ enim Majestatis tuæ judicio nihil dubito, cum tam assidue, religiose, talique; judicio divinas Scripturas evolvat) vt agnoscant, quantam Dei iram id in nos

---

567 Agnoscatur cælibatus a fructibus suis.

568 Conclusio tractatus de S. Connubio.

569 Deut.21.

570 1.Ioan.5.

provocet, quod adeo flagitiosæ & perniciose omne impudicitiæ genus non toleratur solum, verum etiam fovetur: quod ad tam crebra & abominanda stupra & adulteria connivet ur: sancto vero & honorato conjugio, non nisi ex Antichristi persuasione iis interdicitur hominibus, qui citra hoc salutis remedium ab æterna se morte servare non possunt. Nemo enim, qui vel micam habeat honestatis, diffitebitur omnibus piis Principibus & Rerum publica moderatoribus, hoc cum primis curandum esse, & efficiendum, vt obtineat & vigeat apud omnes homines solida vitæ puritas & honestas: vt, qua neglecta, omnis quo; plane interit justitia, omnis profligatur Dei timor, & exolescit omnino vera religio.

Iam vero quis neget, vitæ castitatem & sanctitatem publice nec restitui, nec posse retineri[571], nisi illa prius in singulis domibus Unde nasci & prodire oporteat cives, locum suum recipiat & obtineat? Ad hoc autem efficiendum, nemo unquam sapientum & honestæ vitæ amantium dubitavit, omnino esse necessarium, vt Principes & Rerum publica moderatores, primum summa severitate & justis penis arceant & profligant, non stupra tantum, & adulteria, sed etiam omnes vagas libidines, omnes illegitimas marium & feminarum conjunctiones. Deinde, vt quam vigilantissimam & in hæc curam adhibeant, vt conjugia primum consulto & in Domino contrahantur: deinde, optima side serventur: atque; cum urget ea infelicitas, etiam rursus, sed non nisi legitime, dissolvantur, novaque; conjugia concedantur, quemadmodum de his & Dei & naturæ lex, tum & piorum Principum sanctiones decernunt:

[Liber 2 chapter 47 page 134]
uti evidentibus Scripturarum authoritatibus, aliisque testimoniis & S. Patrum monumentis demonstravi. Dominus tantum donet, vt velimus æterno eius verbo, ac semper justo, atque salutari nobis, illa nimis alte infixa multis Antichristi commenta, atque; salsas ac blasphemas verborum Domini interpretationes posthabere: Amen. Hæc ergo dicta sint de repurgando, in suaque puritate conservando sancto conjugio, humani generis seminario, civiumque bonorum sonte. Iam videamus de frugi juventutis educatione civili.

Lex octava, de educatione juventutis civili, & profligandos otio.

CAPVT XLVIII.

Quanquam vero Dominus polliceatur, se amantibus ipsum & mandata sua observantibus, benigne facturum in mille generationes: hoc est, dare his quam longissima successione filios, nepotes & pronepotes, ad virtutem, pietatemque; a se factos: eisque; quærentibus in primis Regnum suum & justitiam, adjecturum cætera expetenda quam liberalissime: tamen postulat, vt non solum quisque privatorum, sed etiam, quælibet civitas & Res publica liberos suos summa cura ei educet, formet & instituat: & unum quemque; eorum ad eas artes atque actiones accommodet, ad quas Dominus unum quemque; ipse maxime finxerit idoneum[572]: vt quisque; ceu sanum & utile in corpore Rei publica membrum, ad totius rei publica commoda sua quoque; portionem conserat, nemoque; otiosus aliorum labores[573], fucorum instar depascatur. Divinæ enim legis hoc edictum est: Qui non laborat, is nec

---

571 Publica non obtinebit honestas nisi plantatæ & excultæ in privetis ædibus.

572 1. Thess. 3.

573 Nec Ecclesiæ, nec res publica tolerare debent otiosos.

manducet. Quamobrem, sicut Ecclesiæ communione debent excludi quicumque vitam degunt otiosam: ita nec res publica Christiana ferre quemquam debet, qui non honesto alicui, atque; rei publica utili operi, negotiove sit deditus. Nequeunt enim homines plane nihil agere. Cum itaque; nullis probis & salutaribus occupantur curis & actionibus, Satan implicat eos studiis atque; factis flagitiosis ac noxiis[574]. Nam cum huiusmodi homines, Dei semper agentis & bona quæque; creaturis suis procurantis naturam & imaginem, ad quam sunt a Deo conditi atque; effecti, tam fæde & turpiter abi iciunt: vt qua se ratione præstent frugi cives & proximis suis totique Rei publica fructuosos, nihil sint solliciti: permittuntur & tradunt ipsi se Satanæ ad eius libidinem captivos, vt ipsi utatur instrumentis ad qua suis hominibus noxas inserendas.[575] Hi sunt per quos struuntur insidiæ & vis infertur pudicitiæ: excogitantur perniciosæ voluptates & intolerabilis invehitur luxus ciborum, potuum & aliarum rerum ad usum vel ornatum corporis pertinentium: convelluntur & labefactantur leges & publica morum disciplina: evertitur reverentia & obedientia, quæ debetur Principibus, Magistratibus atque viris prudentia & authoritate præstantibus: invalescunt furta, cædes, latrocinia: commoventur seditiones.

Atqui audio a quam plurimis bonis atque[576]; religiosis viris, otio in hoc Regno nimis multos perire non enim nobiles modo, verum etiam quosdam Episcopos & prælatos, nimiam otiosorum hominum turbam alere: horumque; ocium reliquos quoad possint imitari: eaque; causa fieri, vt & præfecti sacris Ecclesiarum, ac scholarum ministeriis, sint ad docendum tam segnes & parci. Opifices adeo pauci, & inter hos tam non multi artifices: agricultura remissior: operum & operarum precia tam aucta, & in dies excrescentia. Cumque; adeo multi ex tenuibus hominibus otio sese dedunt, consequitur, vt & a S. connubio & procreatione liberorum permulti abstineant: quo non solum numerus extenuatur civium, verum ab his etiam dum nullis honestis incumbunt negotiis, & non propter Regnum cælorum, sed ignaviam suam, vitam ducunt cælibem, perquam grave, vt dixi, pudicitiæ periculum creatur, pestisque infertur. Porro hæ

[Liber 2 chapter 48 page 135]
illa sunt flagitia, propter quæ venit ira Dei, etiam super gentes a cognitione Christi alienas. Quanto minus itaque; impunita ea Deus transmittat, in populis de suo regno gloriantibus? Flagitat itaque a S.M.T. salus tot populorum ei creditorum & contra hanc Rei publica pestem, ignavum & perniciosum ocium, legem salutarem, eiusque; legis severam conservationem: qua hæc tantorum malorum radix excinditur funditus, & ad sanctam, Reique; pubis utilem industriam & fructuosorum operum studia, omnes a puero instituantur & adhibeantur.

Huius vero legis primum statui caput hoc oportet, vt in quolibet pago, oppido, Civitate, viri aliquot, pro cuiusque populi amplitudine constituantur, summa pietate[577], sapientia & prudentia præstantes, qui educationi præsint in una quaque; Re publica pueritiæ, adolescentiæ, juventuti: atque; procurent, vt quisque; civium liberos suos certis artibus discendis dedat: & unum quemque iis artibus ad quas videatur his ipsis curatoribus juventutis esse a Domino peculiariter factus, eoque; vere idoneus. Magis enim quisque; liberos suos, Christo Domino, Ecclesiæ & Rei publica gignit, quam subi ipsi: quod & Plato agnovit.[578] Et quoniam agnoscimus omnes nostros homines, quantumvis humili loco & conditione paupere sint nati, ad Dei esse imaginem conditos: filiique; Dei sanguine, vt ad eandem imaginem reparentur redemptos, sidis certe populi Dei pastoribus est curandum, quoad Dominus vult

574 Qui non Dei, is demoniis mali occupatur operibus.

575 Quas noxas inserat ocium.

576 quam noxium rei publica tot otiosos ali homines, prætextu ministerii apud locupletiores.

577 I. legis caput, constituendos esse pædonomos.

578 De Legibus.6.

eorum ad hanc rem uti ministerio, vt ad hanc ipsam Dei imaginem singuli, cuiusque; gubernationi commendati, studiose re fingantur & reducantur, cum pia eruditione ad salutis scientiam, tum fideli ad omnem virtutem adsuefacione.

Cumque ad hanc imaginis Dei restitutionem quam plurimum conserat, D. Scripturæ[579] (quæ, vt D. Gregorius pie scripsit, epistola Dei est, ad universam eius creaturam) assidua lectio: alterum caput legis, qua profligato impio otio, pia restitueretur industria, edicat, vt omnium Christianorum liberi, pueri & puellæ, literis quam studiosissime instituantur, Quamobrem veteres S. Patres, apud quamlibet Ecclesiam scholam esse voluerunt: in qua cuncti pueri Christo Domino per S. Baptisma consecrati, literas atque; religionis nostræ Catechismum edocerentur. Tales scholas necesse est, vt & antea dictum, apud nos frequentes restitui, si volumus Christum plene apud nos regnare: tum opus est procurari, vt ad eas scholas omnium liberi mittantur, ibi literis & fidei nostræ Catechismo instituendi, idque; quam primum huius suerint per ætatem capaces: quo tenuiorum civium liberi in ea perdiscant ætatula legere atque scribere, religionisque nostræ rudimenta, in qua nondum possunt aliis operibus adhiberi. Quanquam adjuvari debeant pii cives ab Ecclesiis, quorum facultates eo ipsis non sufficiunt, vt & ipsorum liberi literis atque omnibus bonis artibus erudiantur, quibus discendis illi idonei sint.

Literas vero & religionis nostræ Catechismum, ubi pueri didicerint, dispiciendum est per illos ***παιδ ονόμους***[580], educationi juventutis præfectos[581]: quinam ex his pueris deprehendantur, ingeniis nati ad pleniorem percipiendam eruditionem: atque efficiendum, vt huiusmodi pueri quo literis, linguis & bonis artibus liberalius instituantur, ac ita ad ampliora Ecclesiæ & rei publica ministeria melius formentur: vel in iis, in quibus sunt, scholis relinquantur: vel ad alias, ubi copiosior traditur doctrina, mittantur: sumptibus quidem suorum parentum, si tantum illis Dominus opum contulerit: sin, impendiis Ecclesiæ. Cur enim hæ graventur, administros sibi parare salutis sempiternæ, atque tantorum commodorum præsentis vitæ? Nec parentes possunt jure detrectare, liberos suos vel Ecclesiis ad eius modi eruditionem permittere: vel sumptibus suis eorum studia sustinere ac fovere. Nam non


[Liber 2 chapter 48 page 136]
subi ipsis, vt dictum verum Christo Domino, eiusque Ecclesiæ ad Rei publica liberos suos cum genuerunt, tum regenerandos baptismate addixerunt, atque consecraverunt. Ad quoscunque itaque usus Ecclesiæ suæ Dominus & Rei publica parari illos, formarique debere significarit, ad eos usus quis gravetur natos suos & tradere, & promovere quam studiosissime, qui quidem no lit Christum Dominum & cuncta eius beneficia semel abjicere? Nec enim honestam magis & beatam suis poterit vitæ conditionem quisque optare, quam sit ea, quam fictor & servator noster Christus cuique destinaverit.

Porro qui ex pueris lectionem iam, atque scriptionem, cum fidei nostræ Catechismo edoctis[582], aut etiam ex iis qui artibus iam liberalibus discendis suerint aliquando applicati, apparebunt non esse a Domino ad ampliorem percipiendam doctrinam literariam effecti: hi aliis adhibeantur artibus, quisque ei ad quam esse cuiusque ingenium videbitur magis congruens & aptum.

De revocandis variis artibus & honestis quæstibus.

---

579 II. legis caput, ut omnium liberi literas, & reliquum Catechismum doceantur.

580  [***ϖαιδονόμους***] [***παιδ ονόμους***] [Children name]

581 III. caput legis: ut post perceptas literas, singuli vel liberalibus disciplinis, vel aliis artibus addicantur.

582 Manu ariis applicandi artibus qui ad literas parum fuerint idonei.

CAPVT XLIX.

Dedit Dominus huic regno figulari benignitate perquam uberem optimæ lanæ copiam.[583] quam multæ autem sint artes, & quam varia ac præclara opera in lanificio, ipsis demonstratur operibus, quæ in hoc regnum inseruntur, ex Hispania, Gallia, Belgis, atque; adeo a Turcis. Hæc omnia opera possint & ab Anglis confici, atque ita permagni illi sumptus regno huic lucri fieri, qui in exportandam lanam & importanda consecta ex lana opera, inque; horum operum confectio nem insumuntur. Certum enim est, Anglis satis superque; esse ingenii ad quasuis artes percipiendas, animum si intendant.

Eadem ratione & otiosorum atque; noxiorum mercatorum, vt iniquus quæstus, ita etiam numerus Rei publica perniciosus, imminueretur. Et in hoc ergo erit incumbendum, vt cuncte lanificiis artes, quo ad fieri queat, in hoc regno excitentur: adductis, Unde licebit, artificibus & his commendatis adolescentibus & juvenibus, qui ad has artes facti a Domino deprehendantur. Nec enim debet dubitari, cum Dominus Anglis tam uberem dederit lanificiis materiam, poscere etiam ab eis singularem diligentiam, vt hanc materiam & ipsi usibus parent humanis, nec oti osio omnem aliis operandam transmittant. Nam et si Anglia ex lana sua ipsi quæ possint, & debeant, opera conficiant: supererit tamen satis de ea, quod ad alios populos exportetur.

Iam constat, Insulam hanc & ea cæli solique; bonitate esse a Domino ex ornatam[584], vt agricolationis fructus posset longe, quam nunc capit, percipere uberiores, si agri justa diligentia excolerentur: & excolerentur omnes, qui & culti olim sunt & merito suo reique publica bono coli debeant: quæstu lanarum, qui ad pompam tantum noxiam & luxum est comparatus, cedente (si non omnino, saltem ex parte)) hominum & filiorum Dei alimoniæ. Quem lanæ quæstum aiunt nun ce eo ex crevisse, vt plerisque; in locis unus occupet pro ovium suarum pascuis, tantum agri, quanto paulo ante alebantur & vivebant supra mille homines. At quis Christi sensu non omnino destitutus, non agnoscat esse Principibus Christianis summopere elaborandum: vt quam plurimi ubique; sint, vivantque; ad Dei gloriam, boni homines: atque eo modis omnibus cavendum, ne pauci mali & noxii cives (uti sunt, quicunque privatas res suas, quam Rem publica amplius student augere) infinito ***τής πλεονεξίας*** ostro concitati, tot evacuent hominibus terras, remque publicam

[Liber 2 chapter 49 page 137]
summis opibus atque ornamentis, bonis nimirum civibus, despolient: Ecclesiam, cælumque, Dei cultoribus atque laudatoribus? Perpendendum & illud Proverbia 14. regis amplitudinem & gloriam esse, si eius populus augescat & multiplicetur: metum afferre imminuendæ majestatis, si eius populus numero imminuatur & rare fiat.

Et hoc itaque; caput in lege, qua impium profligari ocium debet, requiritur, vt cura & industria excitetur agriculturæ, omnisque; operis rustici.[585]

Ad quam rem necesse erit:primum, pascuis ovium eam agrorum deputare portionem, quam Dominus ipse huic benignitatis suæ minera præcipue videatur condidisse[586]: quamque; Deum sequentes veteres, in hunc usum usurpaverunt. Deinde, vt terræ segetibus aptæ, justo quoque; precio colendi locentur. Nam augeri dudum in immensum hoc precium cepit, postquam cenobiorum agri in eorum

---

583 IIII. legis caput De excitando, & amplificando lænificio.

584 Magnæ fertilitas soli Anglici.

585 V. Caput legis, de restituendæ agriculturæ

586 Quæ ad restituendam ruris culturam necessariæ.

hominum potestatem pervenerunt, quorum avaritiæ cum nihil satis sit, cunctarum rerum quibus præsens vita sustentanda est, in tantum cottidie augetur. Postremo, vt aliqui singulari præditi agricolationis cum scientia, tum studio & industria, Unde licebit, conquisiti, per pagos rusticos distribuantur, vt aliorum colonorum excitent ignaviam, inertiam corrigant. Qua ratione plerique; prudentes viri, in plerisque; locis extinctam prope agrorum culturam, paucis annis inter suos colonos mirifice restituerunt: extremamque; ab illis inopiam, in quam agricolationis neglectus depulerat, profligarunt. Eo pacto & cultura excitabitur hortorum & quæ non oculorum modo, & narium deserviat voluptatibus, vt nunc sere sit: verum etiam suppeditet multa ac salubria cum alimenta, tum etiam contra varios morbos præsentia remedia.

His accedet lanificium pro depellendo otio sexus mulier ibris, non minus quam virilis, pestifero: (vt tot horrenda clamant flagitia) cujus artis & operis nunc prope est contemptio, quam est in abusu eius luxuries. certe nec linum ferre ager Anglicus, rite ad id paratus recusabit, nec deest Anglis mulieribus parandi lini in varios & suos & virorum usus, facultas, si ad hæc illæ propria ipsarum opera adhibeantur.

Hac itaque colendi ruris peritia restituta & diligentia, non solum perniciosum animæ & corpori ocium in utroque sexu honestissimis commutabitur negotiis & operibus, Reique publicæ cives parabuntur & corporibus bene firmatis & animis ad omnem virtutem excitatis, atque; instructis, quæ maxima sane commoda sunt Rei publicæ: verum etiam annona quibusuis temporibus habebitur facilior, majorque; existet copia fructuum, ex re pastoricia atque; chortalis. His enim laboribus, qui rejectis & Deum respicientibus ingeniis non minus sunt jucundi[587], quam & ipsis laborantibus & Rei publica varie ac multipliciter utiles, adjicit Dominus & hoc beneficii: vt eis, sicut corpora suorum mirifice durat atque confirmat ad militiæ patientiam, labores & opera: sic & animos eorum singulari erigat, instruatque; virtute & fortitudine, vt illi se præstent suorum finium, non minus belli tempore promptos ac strenuos defensores, quam in pace diligentes atque navo cultores. Sicque eadem opera Res publica sibi comparabit, qui ipsam & alant, & cum opus sit propugnent: nec opus erit vel externo, vel domestico milite, qui otio & luxu perditus, non minus noxius sit in pace, quam parum utilis in bello. Romana sane Res publica nunquam est defensa cum honestius, tum fœlicius, quam cum Imperatores & Dictatores arcesserentur ab aratro: & in delectu militari plebs rustica præferretur urbanæ.[588]

Ad hunc vero modum instaurata re rustica, tam in alendo pecore, quam agrorum hortorumque[589]; cultura, magna quoque; suppetet vis corii: ex quo quam varia & utilia, perinde atque elegantia fiant opera, aliæ declarant nationes,

[Liber 2 chapter 49 page 138]

ad quas tanta corii copia ex hoc regno defertur. Et istæ itaque; arte quibus varia ex corio opera conficiuntur, si in hoc populo excitentur, vt opera hinc potius coriacea, quam corium ad alias exportentur nationes, quanta ad regnum inde commoda pervenient? Quæ omnia tamen, cum ea utilitate conferri nulla possunt ratione, quam adfert ipsa, tam sancta & honesta corporum & animorum, in probis utilibusque operibus occupatio & exercitatio.

Affirmant præterea harum rerum periti[590], pleraque huius insulæ loca non carere variis generibus metallorum: ad quæ eruenda usibusque humanis paranda, quanta possit hominum multitudo

---

587 Utilitates restitutæ agriculturæ.

588 Columellæ in Præfatione.

589 Operæ cori æcæ

590 Operæ metallariæ.

honeste & utiliter occupari.[591] Hacque occasione quirent penæ quoque constitui maleficiis, quibus non mortis supplicium solet infligi: quæ penæ & ad emendandum lapsos, & a sceleribus reliquos absterrendum, longe plus quam quæ nunc exiguntur, valerent: & præterea fructum aliquem operum adferrent Rei publicæ. Sicut Romani olim & gentes aliæ tales homines noxios damnare solebant, vel ad effodienda metalla, vel ad lapidi cinis & alia opera duriora ac sordidiora, utilia tamen humanæ vitæ, ac plerumque necessaria. Quæ puniendi flagitiosos ratio, quanto præstaret ei quæ nunc obtinet, cum homines diu vinculis & carceribus otiosi detinentur: ac plerumque; ex diuturnitate carceris ac vinculorum, in posterum quoque; inutiles redduntur: aut ad alios populos, quo & illis noceant, propelluntur?

Magna denique vis linteorum in hoc regno deteritur, Unde ingens posset colligi pro faciendis chartis copia laciniarum[592]: quæ nunc in alias exportantur regiones & chartæ magno, nec illæ probæ, reportantur. Si itaque; molæ & officinæ faciendis chartis, vt parvo fieri queat, extruerentur: & hæc quoque ars, cujus tam late patet utilitas, in hoc regno excitaretur: eoque; opifici quam multis liceret hominibus consulere, cum ad honestatem sui & suorum alimoniam, tum fructuosam Rei publica industriam.

Ad eum ergo modum, si a puero quisque civium certo alicui studio artium, sive philosophiæ, sive man variæ industriæ addiceretur: atque ad labores manuum, aut ad sordida detruderentur munera quicunque; non commodarent re ipsa Rei publica ministeriis, vel religionis, vel rei literariæ ac philosophiæ: vel gubernandæ aut defendendæ Rei publica tam fecunda vitiorum omnium radix, impium ocium facile ab omni plebe funditus excisa depelleretur: immensaque Rei publica commoda, cum optatissima morum ad omnem virtutem Institutione ac conformatione compararentur.[593] Maxime, si in his nobilitas plebi, vt debet, exemplo suo præluceret: qua sane de causa & opes tantas & eam nominis ordinisque sui dignitatem a Domino nobiles homines acceperunt, vt quantum his rebus reliquo populo antecedunt, tanto amplius sapientia quoque & totius philosophiæ cognitione, tum omni quoque genere virtutum: Rei publica universæ & singulis quoad fieri possit reliquis civibus studeant consulere, ac commodare, tam pacis quam belli temporibus.

Hæc enim præcipua esse nobilitatis munia nemo ignorat, S.M.T. operam suam navare ad populum Dei, ipsi creditum, cum in pace juste & munifice gubernandum, tum in bello fortiter ac feliciter defendendum. Ad quæ si velint se munia rite præparare atque instruere, qui huius sunt loci, habebunt prosecta abunde quod agant, quoque ocium a se procul faciant: dum nimirum sibi eas comparent facultates atque virtutes, ad utriusque temporis munera, pacis & belli omnino necessarias: uti sunt, ad salutarem quidem populi Dei gubernationem, exacta sapientia, regendæque Rei publica confirmata scientia, notitia legum, justicia & sanctimonia, quibus maxime

[Liber 2 chapter 49 page 139]
virtutibus fides & authoritas, qua utraque ad bene regendos homines perosus est, conciliatur: ad necessariam vero & felicem defensionem, scientia militaris, sortis contemptio periculorum, ingens amor virtutis & Rei publica totiusque generis humani, robur denique & dexteritas haud vulgaris corporum.

Si qui vero ex hoc hominum genere, vt sæpe evenit, nascantur, qui aut animi, aut corporis, aut utriusque partis imbecillitate impediantur[594], quo minus se Rei publica commode valeant impendere, vel consulendo, vel judicando, vel regendo, vel denique propugnando: hi se addicant culturæ agrorum,

---

591 Quærendæ atque; eruendæ metellæ.

592 commoditas officinas parandi ad faciendum chartas.

593 Officia nobilitatis.

& hortorum, reique pecuariæ. Habent enim plerique nobilium copiam agrorum & rei pastoricia: atque harum artium opera sunt nobilibus longe dignissima, nisi non dignis se incubuerint operibus nobilissimi & præstantissimi viri Abraham, Isaac, Jacob, Jiob. David, aliique ex laudatis. in D. Scripturis patribus prope innumeri. Item magnus ille rex Persarum Cyrus minor, quem Xenophon & a studio scientiaque agriculturæ tantopere celebrat[595]: tum apud Romanos M. Curius, qui de Samnitibus & Sabinis & de Pyrrho triumphavit: L. Quintius Cincinnatus, qui ab aratro ad Dictaturam est accersitus, id felicissimo rerum Romanos auspicio: M. Valerius Corvinus[596], qui usu agricolandi vitam produxit usque in annum centesimum: Cato Censorius, ac quam plurimi alii.

Si iam hanc se recipiat frugalitatem ordo nobilium (quo nihil potest ille se magis dignum, & ad veram parandam, augendamque nobilitatem moliri utilius) facile erit & erit & eam impii otii amputare ansam, quam præbet quæstus noxiorum institorum, atque pro pol arum.

De reformanda mercatura.

CAPVT L.

Mercatura res quidem honesta est, & Rei publica necessaria: sed si infideli se cura contineat, eas res exportanda & importandi, quas exportari & importari intersit Rei publica ad bene & sancte vivendum: non quibus pelliciat ur & foveatur impia pompa & luxus.[597] Qui scopum, vt hominibus ad pietatem consulatur, a Christianorum animis in nullis prorsus actionibus debet unquam dimoveri, sed semper quam religiosissime inspici & considerari.

Hunc igitur scopum cum abjecerint pridem vulgo mercatores, eo nequitiæ & ***πλεονεξίας***[598] erumpunt, vt nullum sit post pseudoclericos hominum genus Rei publicæ magis pestiferum. primum enim, dulci lucri odore, quod tam immensum, exiguo labore, suis nefariis artibus accumulant, luxusque ac pompæ splendore, cujus nullum noverunt nec modum nec finem, præstantiora ad se ingenia pelliciunt: quæ si Philosophiæ se dederent, maximo possent esse usui cum Rei publica, tum Ecclesiis. Deinde, vt Plutus non ab re cæcus fingitur & formidolosus, excæcant & emaculans hi animos optime natorum adolescentium & juvenum. Eas enim perversi judicii tenebras illorum mentibus offundunt, vt nihil judicent præstare, quam congestis per fas & nefas opibus, sicque con acervatarum in omnem vite nequitiam profusione, excellere. Quæ res vt gravi obnoxia est invidiæ, uti nec absque; multorum, imo totius Rei publica iniuria & damnis confit: projiciunt sese istæ Arpyiæ, eodemque; flectunt & emolliunt quos nanciscuntur discipulos omnes, ad extremam sane adulationem, erga eos omnes, quos verentur suis posse tam noxiis conatibus obsistere, simulque; ad effusam in eosdem largitionem. Ea vero cum sæpe immodica facienda illis sit, sic fraudes instituunt suas in mercibus:


---

594 Qui nobiles noscuntur, non idonei rei publica gubernandæ, & defendendæ, dedant se agricolationi, & rei pastoricia.

595 In Oeconomico.

596 Cicero de Senectute.

597 Finis piæ mercaturæ.

598 
[***ϖλεονεξίας***] [***πλεονεξίας***] [greed]

[Liber 2 chapter 50 page 140]
eoque fænus, ubi possunt, multiplicant, augentque monopolia: vt non solum eis supersit cum ad luxum suum infinitum, tum ad perpetua usurarum suarum incrementa. verum ne desit etiam quo & concilia & judicia Principum sibi demulceant & impediant ne ipsorum obstent dolis & artibus: imitati Verrem, qui dicebat se esse furatum non solum quantum satis duceret suæ, quanquam inexplebili, luxuriæ, verum etiam quod daret patronis atque defensoribus suis, ipsiusque judicibus, penas vt furtorum suorum effugeret.

Præterea, mira hi in dies lenocinia nugacibus suis mercibus impio tantum luxui & pompæ excogitatis & paratis affingunt, quibus parum frugi nobiles, aliosque opulentos homines, ad earum pelliciunt coemptionem. quibus cum pecunia pro eius modi nugis (ipsi existimant nobilitatis atque dignitatis suæ ornamenta) desit, præsto est pecunia mercatorum, sed fænerati cia & eo fænoris veneo, quo sæpe intra perbreve tempus totæ familiæ enecentur & evertantur.

Eodem exitii non paucos istæ Rei publicæ sanguisugæ inducunt & luxuriæ suæ imitatione provocant, dum scilicet honestioris ortus & loci homines turpe sibi arbitrantur cedere mercatoribus, hominibus ex obscuro & sordido loco nuper per nefarias artes emersi. Dum itaque hi mercatorum æmulantur fastum & luxum, in splendore & magnificentia ædificiorum, in ornatu vestium ac reliqui cultus, in pompa & lautis iis conviviorum, & reliquo luxuriæ apparatu, sua ipsi patrimonia evertunt, eoque facultatibus labuntur, vt meliora eorum prædia ad eos ipsos mercatores transferantur. Itaque Res publica omnibus optimatibus & generosioris spiritus hominibus in dies magis exhauritur: vt cernere licet ex ruinis tot præ nobilium familiarum intra paucos annos factis: tum ex socordia, ignaviaque ad omnia Rei publica utilia studia, eorum qui veteribus familiis in opibus & dignitate succedunt. Tot itaque modis cum noxium & perniciosum sit populo Dei, perversum istud genus mercatorum ac ***χρη ματιςῶν***[599], mercaturæ sane reformandæ dandum suum Caput erit in lege: qua profligato impio otio, salutaris revocanda est industria.


Eoque sanciendum erit primum, ne liceat cuiquam se mercaturæ addicere[600], quem non Praedo nomi idoneum ad hanc rem judicarint, de prehendere intque pium, Rei publicæ magis quam privatæ amantem, studiosum sobrietatis & temperantiæ, vigilantem & industrium. Deinde ne hi alias, quam quas S.M.T. decreverit, merces, sive ex portent sive importent.[601] Decernetque ipsa, eas tantum res offerendas, quibus populus regni vere abundat, vt earum exportatione non minus consulatur huius regni populo, cui eæ res supersunt, quam iis qui illas in alias regiones efferunt, indeque quæstum faciunt. Ita nec alias patiatur merces importari, nisi quas judicaverit idoneas piis, sobriis, & salutaribus Rei publica usibus. Postremo, vt certum & æquum precium singulis mercibus constituatur. quod & facile poterit fieri, & est (quæ hominum servet avaritia) conservandæ inter cives justitiæ & humanitati pernecessarium.

Eadem statuenda erunt propolis & institoribus: ad quod munus, vt est humile & sordidum admitti non debent, nisi qui vel inopia ingenii, vel corporis imbecillitate ad liberaliores artes idonei non sunt: uti & Plato censuit.

[Liber 2 chapter 50 page 141]

De cura publicorum deversoriorum.

---

599  [***χρη ματιςῶν***]

600 VI. legis caput, quæ revocandæ sit salutaris industriæ de correctione mercaturæ.

601 Quæ merces exportanda & importandæ.

CAPVT LI.

Poscit præterea publica honestas, vt singulari quoque cura illis tantum publica diversoria[602] & hospitia credantur, qui perspecta sunt præditi pietate, castitate, & humanitate: vt hospitibus, non ad corporis modo commodam tractationem, verum etiam ad sanctitatem & integritatem vitæ ac morum consulatur: atque ignavi homines, patrimoniorum suorum abliguritores, sive peregrini illi sint, sive ex civibus, his locis arceantur.

Ad manum labores & sordida munera redigantur, qui ad honestas artes inepti sunt.

CAPVT LII.

Qui homines reperientur ad nullam certam artem nati, ii sordidis operibus & durioribus addicantur, sive vt pro innata cuiusque necessitate operam suam locent in diem, sive certi se temporis ministerio addicant. De quorum & in opere faciendo side ac sedulitate, atque mercedis pro operibus æquitate, ædilium erit accurate prospicere.

De constituendis præfectis, artibus & operibus.

CAPVT LIII.

Ad hunc modum distributis civibus[603], & ad certas, sanctas, & salutares artes, sive philosophicas, sive mechanicas, atque utilia Rei publica opera applicatis, necesse erit singulis artibus & classibus artificum atque opificum, suos præs icere custodes ac præsides, qui advigilent, vt quisque; ei arti aut opifici, cui suerit deputatus, sive discendo, sive exercendo, graviter incumbat. Ac si qui reperiantur in eo cessare, si disciplinis illi suerint adscripti liberalioribus, sive religionis aut Rei publica ministeriis, detrudantur ad artes & opera viliora, nec in ullo ordine civium suci tolerentur: minime vero omnium in ordine cleri & hominum literatorum, qui aliis civibus & exemplis industriæ debent prælucere.

De honestis ludis.

CAPVT LIIII.

602 Publicæ diversoria, tantum probatæ honestatis hominibus committantur.

603 Custodes, & ἐϱγοδιώϗται artium, et opifici orum.

Porro, quoniam ea est humani ingenii imbecillitas, vt seriis rebus ac gravibus non semper impendere se possit, sed poscat, sicut somnum ac cæteras quietes, ita etiam quædam industriæ & studiorum utilium laxamenta, viriumque cum animi tum corporis quandam sublevationem exi ocis & ludis: tum maxime, cum gravibus seriisque rebus sit satisfactum: & huius rei moderatione sapienter Providendum erit, quo eius modi ludi populo & juventuti præscribantur, & exhibeantur, a quibus non solum nulla morum metuenda sit dissolutio, nefariique otii prolectatæ: verum certa comparetur, sicut valetudinis corroboratio: ita etiam aliqua culturæ mentis accessio. Neque enim, vt ethnicus Philosophus scripsit, ita generati a natura sumus, vt ad ludum & io cum factis se videamur: sed ad severitatem potius & ad quædam studia graviora atque maiora.

[Liber 2 chapter 54 page 142]

Hiludi ex arte Musica & Gymnastica petendi erunt.[604] Ex musica, poemata & cantiones, quæ nihil sutile, nihil Christianæ professioni minus aptum, nedum aliquid obscænum & flagitiosum repræsentent, vel sonent: sed laut des Dei & servatoris & ex cunctis eius ductæ operibus & judiciis, pro hæc prodita sunt D. literis: en comia virtutum, virtuteque præcellentium virorum, leges & pia vitæ præcepta, salutaresque memoratu historiæ.

His adjungi possunt choreæ, sed puellarum piæ choreæ seorsum & adolescentum seorsum: & quæ ad pura saltentur sanctaque carmina: idque motu casto & tripudio decente pietatem prose flos: qualiter saltaverunt Miriam soror Mose & matronæ Israel, cum transissent mare rubrum[605], laudesque canerent Deo, pro ea tam mirabili gentis suæ ab Ægyptia servitute liberatione.[606] Qualis item chorus erat sanctarum puellarum, quæ Davidem & Saulem carmine celebrabant victoriali, cum reverterentur a cede Philistinorum: qualemque; choream requirit Spiritus sanctus Psalmi 149 & 150. cum dicit, Laudate Dominum cum tympano & in choro.

Quæ enim res in hoc mundo commemoratæ atque decantatæ, majore merito nos perfundant gaudio, atque exultantem in nobis excitent lætis iam, quum innumera illa ineffabilis divinæ in nos charitatis, munera atque beneficia, quæ nobis Deus exhibuit nostri & rerum omnium propter nos creatione, exhibetque perpetuo, nos, & nostra causa totum, mundum, tam munificæ conservando, sapientissimeque gubernando: quæque præstitit impertiendo legem suam & religiones, divinam & salvificam sapientiam, donando filium suum, æternum nostrum placatorem & cum eo omnia, Spiritum sanctum, novam & cælestem vitam, beatam Ecclesiæ suæ communionem, totque externa commoda & dona cum publica tum privata?

Horum ergo immensæ bonitatis Dei munerum cum piis cantionibus admonemur[607], an non exilire merito animus debeat præ gaudio & læti ci, corpusque ad testandum hoc gaudium, hancque exprimendam lætitiam concitare & impellere, motu tamen cuique genti & ætati decoro? Davidem certe, quanquam regem, gravior divinorum beneficiorum recordatio, cum arcam Domini deduceret, eo commovit, vt coram illa saltaret. Palæstinus suit, fateor, ex gente, quæ longa quam nostri Europai homines, magis sunt Pathetici atque com mobiles.[608] At cum & nostra adolescentia & juventus saltationibus delectetur, quare non instituantur illæ & apud nos, quibus cælestis contigit per sanguinem Christi municipatus, vt ex pia lancta que mentis de Dei bonitate existant exultatione, ad eamque valeant

604 Unde ludi honesti petendi.

605 Exod.15.

606 1.Reg.18.

607 Vt piæ carmine afficere debeant religiosos animos.

608 Choreæ sanctæ.

etiam augendam, animosque omnis pietatis studio inflammandos?

Christi certe si sumus, si ipse nobis vivere est, si æterna salus ab ipso quoque nobis & de ipso omnis oportet existat nobis causa gaudii & laetitae, omnisque, concitetur cum animorum tum corporum exultatio[609]: id quod facile agnoscunt quicunque vel aliquantulum senserint, quid sit diligere Deum ex toto corde, ex tota anima, ex cunctis viribus: imo qui ullam humani vim amoris & lætitiæ exultantis aliquando perceperunt. Illa sane sunt omnium Christo credentium: Exultate justi in Domino, rectos decet laus, Celebrate Dominum, cum cithara, nablo & decachordo psallite ei. Cantate ei canticum novum, bene psallite cum jubilo.[610] Item, Benedicam Domino in omni tempore, laus eius semper in ore meo: In Domino gloriabitur anima mea: audient mansueti, & lætabuntur. Et rursus: Paratum cor meum, o Deus, paratum cor meum, cantabo & psallam: Attolle te decus meum, attolle te nablum & cithara: evigilabo diluculo, celebrabo te in populis Domine, & cantabo tibi in nationibus: quoniam magna est usque ad cælos bonitas tua & usque ad nubes veritas tua. Et alio in loco[611]: Ceu adipe

& pinguedine satiabitur anima mea & exultantibus labiis laudabit os meum. Et iterum: Benedic anima mea Domino & quæcunque; intra me sunt, nomini eius: benedic anima mea Domino: Laudabo, quam diu vixero, psallam Deo meo, quam diu fuero.[612] Magnificat anima mea Dominum, & exultat spiritus meus in Deo servatore meo.

Ter sane miseri homines sunt & perditi, quos nihil potest oblectare, qua quod sit, si non obscænum & spurcum, leve tamen, inane, nullius bonæ frugis, ridiculum & homine indignum. Vt itaque & Plato censuit, ne privatim quidem, nedum publice admitti oportet, vt carmina ulla canantur, aut tripudia tripudient ur, nisi casta, sancta, & fovendæ promovendæque; pietati accommodata. Eaque; de causa nulla carmina, nullaque; ratio chorearum vel privatim, vel publice fas sit usurpare, quæ non probarint viri sapientes ac religiosi, quibus hoc a S.M.T. negotium demandabatur.

Poterit juventus etiam exerceri agendo comedias & tragœdias[613]: populisque his honesta, & ad augendam pietatem non inutilis exhiberi oblectatio: sed piis, & ad regnum Christi doctis atque sapientibus viris opus suerit, qui comedias eas atque; tragœdias componant: in quibus nimirum eius modi imitatio repræsentetur, consiliorum, actionum, atque; eventuum humanorum, sive communium & vulgarium, vt sit in comediis: sive singularium & qui sint majoris admirationis, quod proprium est tragœdiæ, quæ ad certam morum correctionem & piam conserat vitæ Institutionem.

Vt si comedia repræsentetur jurgium pastorum Abrahæ & Lot, atque horum a se invicem discessio.[614] Tametsi enim Abraham & Lot sint personæ heroicæ & idoneæ tragœdiis, communia tamen & vulgaria erant jurgia illa, orta inter horum pastores, propter nimiam copiam ovium. Vulgare etiam & commune erat, quod & hi sancti patres familias nonnihil inter se servorum jurgiis perturbabantur: & adeo quidem, vt Abraham recte consuleret alterius secessionem ab altero. In huiusmodi comedia tractari possent, & utili ad piam Institutionem oblectatione repræsentari, hi loci.

Primus: quam perbenigne Deus faciat omnibus, sua causa aliquid relinquentibus: vt Abraham & Lot solum natale suum & cognationem multam, & charam, ad Domini vocationem reliquerant.

Secundus: vt homines ex suggestione Satanæ, & propria naturæ corruptione, soleant plerumque;

---

609 Nulla gaudii atque lætitiæ causa uberior et efficaciores, quam beneficiæ Dei in Christo Domino.

610 Psalmi.33, 34, 57

611 Psalmi.63.

612 Psalmi,103., 146., Luc.1.

613 comediæ et træœdiæ dignæ Christianis.

614 Argumentum comediæ ex historiæ de jurgio pastorum Abræhæ & Lot.

ex liberaliore Dei munificentia, in rebus istis externis multa sibi accersere incommoda: sicut pastores Abrahæ & Lot ex magna ovium copia, occasionem arripuerunt jurgandi inter se, herosque suos perturbandi.

Tertio: depingi queat ille servorum & famulantium morbus, quo illi heros suos solent propter suas iniquas contentiones, male inter se, salsis aut intempestivis delationibus committere.

Quarto: posset explicari humani ingenii, in retinenda mutua benevolentia & tranquillitate, imbecillitas.

Quinto: quanto præstet habitare seorsim amicos & cognatos, rariusque; etiam convenire, & animos ita servare magis inter se amicos & tranquillos: quam manere una, aut sæpius concursare cum aliqua animorum offensione, ac perturbatione, aut certe cum offensionis alicujus atque perturbationis periculo.

Sexto: posset ex Abraham exemplo laudari officium illud vere humanitatis & piæ demissionis, qua ille major & patruus, cessit, eligendique; loci optionem detulit minori ac nepoti: tum huius demissionis fructus, amplissima Dei in Abrahamum benignitas & munificentia.

Ad eundem modum suppeditet piæ comediæ uberem sane & ædificandæ pietati per idoneam materiam, historia quæsitæ, obtentæ, obtentæ & adductæ Isaac sponsæ Ribkæ. Ex hac enim historia queat describi pia parentum cura, quæ

[Liber 2 chapter 54 page 144]
rendi liberis suis religiosa connubia: fides bona & officiositas proborum servorum: vis sanctæ precationis: respondens pie preci optatus rerum eventus: ingenium puellæ, vt vere pudicæ, ita & humanæ atque hospitalis: prompti tudo item parentum in pie locandis filiabus: tum & humanitas ne eas jungant, quibus illæ nolint copulari. Vis item mira Dei, homines conjugio copulantis: quæ in Ribka apparuit, cum tam facile consentiret, ad virum proficisci nondum visum: idque relictis parentibus, fratribus, omnique domo & terra paterna. In qua, & pudoris laudanda venit ingenuitas, quod non puduit Ribkam, suam nubendi pio viro voluntatem ilico fateri: tum rursus vis pudoris honesti & modestiæ, quod conspecto Isaaco, ē camelo descendit, faciemque obtexit. Hic prædicanda quoque sit Isaaci adhuc juvenis pietas, vespertinum precandi tempus tam religiose observantis. Amor item eius in conjugem singularis. Laudari etiam convenerit sanctum conjugium quid inter notos & conjunctos religione contrahitur.

Non dissimile argumentum desumi queat & ex ea historia de Iacobo par te, qua describitur, vt metu fratris, relictis parentibus, ad Laban auuculum suum concesserit[615]: ibique duabus uxoribus, liberis & magnis opibus, ex Dei benignitate, propter eius fidele ministerium avunculo præstitum, auctus sit. Quomodo item reversus cum fratre in gratiam redierit. Insunt quidem in hac historiæ istius parte etiam tragica quædam de apparente Domino in via, luctaque angeli: sed hæ Dei consolationes non sunt alienæ etiam a quibusuis vere Christianis, tametsi non exhibeantur omnibus eius modi visis atque signis, quibus exhibitæ sunt Iacobo. Omnium sane vere Christianorum est, vt vivant in Deo & coram Deo, habeantque Patrem & filium in fe manentem & angelos ministros.

Quanquam vero Scripturæ plerasque contineant historias, e quibus sanctæ ac Christianos decentes comediæ queant effingi: tamen idonei & pii pœtæ possunt multas tales dare & ex aliis historiis, ipsoque vitæ cotidianæ usu.

Tragœdiis, Scripturæ ubique perquam copiosam offerunt materiam, historiis prope omnibus S. Patrum, regum[616], Prophetarum & Apostolorum, inde ab Adam usque, primo humani generis parente.

---

615 Argumentum piæ comediæ ex historiæ Iacobi.

616 Quanto præstet argumenta tragœdiarum et comediarum desumere ex sanctis historiis, quam ex ethnicis fabulis.

Omnino enim refertæ sunt hæ historiæ divinis & heroicis personis, affectionibus, moribus, actionibus, eventibus quoque inexpectatis, atque in contrarium quam expectarentur cadentibus, quas Aristoteles vocat ***ωεριωετέιας***. Quæ omnia cum mirificam vim haveant fidem in Deum confirmandi & amorem studiumque Dei accendendi, admirationem item pietatis atque justicie & horrorem impietatis, omnisque perversitatis in generandi atque augendi: quanto magis deceat Christianos, vt ex his sua pœmata sumant, quibus magna & illustria hominum consilia, conatus, ingenium, affectus atque casus repræsentent, quam ex impiis ethnicorum vel sabulis, vel historiis? Adhibendæ autem sunt in utroque genere pœmatum, comico & tragico, vt cum hominum vitia & peccata describuntur & actione quasi oculis conspicienda exhibentur, id fiat ea ratione, vt quamvis perditorum hominum reserantur scelera, tamen terror quidam in his divini judicii & horror appareat peccati: non exprimantur exultans in scelere oblectatio, atque considens audacia. Præstat Hic detrahere aliquid decoro pœtico, quam curæ ædificandi pietate spectatores: quæ poscit, vt in omni peccati repræsentatione sentiantur, conscientiæ propriæ condemnatio, & a judicio Dei horrenda trepidatio.

At dum piæ & probæ exhibentur actiones[617], in his debet exprimi quam-clarissime sensus divinæ misericordiæ lætus, securaque & considens, mode rata tamen & dissidens subi, exultansque in Deo fiducia promissionum Dei

[Liber 2 chapter 54 page 145]
cum sancta & spirituali in recte faciendo voluptate. Hac enim ratione sanctorum & ingenia & mores, & affectus, ad instaurandam in populo omnem pietatem ac virtutem, quam-scitissima imitatione repræsentatur. Eum autem fructum vt Christi populus ex sanctis comediis & tragœdiis percipiant[618], præficiendi & huic rei erunt viri, vt horum pœmatum singulariter intelligentes, ita etiam explorati & constantis studii in regnum Christi: ne qua omnino agatur comœdia, aut tragœdia, quam hi non ante perfectam decreverint agendam. Hi quoque curabunt, ne quid leve aut histrionicum in agendo admittatur: sed omnia exhibeantur sancta quadam & gravi, jucunda tamen, sanctis duntaxat, actione: qua repræsententur non tam res ipsæ & actiones hominum, affectus & perturbationes, quam mores & ingenia: ac ita repræsententur, vt excitetur in spectatoribus studiosa imitatio: eorum autem quæ secus sunt instituta & facta, confirmetur detestatio & excitetur declinatio vigilantior.

His observatis cautionibus, poterit sane multa, nec minus ad virtutem alendam, provehendamque; utilis ludendi materia, juventuti præberi. Maxime cum studium & cura eius modi & comœdiarum & tragœdiarum excitata fuerit, cum lingua vernacula, tum etiam lingua Latina & Græca. Extant nunc aliquot non pænitendæ huius generis comœdiis & tragœdiis in quibus, etiamsi docti mundi huius desiderent in comœdiis illud acumen, eumque; leporem, & sermonis venustatem, quem admirantur in Aristophanis, Terentii, Plautique; sabulis: in tragœdiis, gravitatem, versutiam, orationisque; elegantiam, Sophoclis, Euripidis, Senecae: docti tamen ad regnum Dei, & qui vivendi Deo sapientiam discere student, non desiderant in his nostrorum hominum prematis doctrinam cælestem, affectus, mores, orationem, casusque; dignos filiis Dei. Optandum tamen, vt quibus Deus plus dedit in his rebus præstare, vt id mallent ad eius gloriam explicare, quam aliorum pia studia intempestivis reprehensionibus suis retardare: atque ducere satius, comœdias atque tragœdias exhibere, quibus si minus ars pontica, scientia tamen vitæ æternæ præclare exhibetur, quam quibus vt ingenii linguæque cultus aliquid juvatur, ita animus & mores impia atque fida & scurrili mutatione conspurcantur.

Iam ex Gymnastica arte ii ludi proponendi erunt juventuti, qui præterquam quod ad corporis

617 Affectus pii clarissime exprimentur.

618 Nullæ nisi publice approbata agatur comœdiæ sive tragœdiæ.

conserunt & valetudinem conservandam & ad de coros motus effingendo, reddunt etiam idoneos ac promptos ad rem militarem, usumque; commodum armorum. Cursu igitur exerceant se juvenes, saltu, lucta, agitatione equorum, omniumque; tractione armorum & telorum, quibus pugnatur cum eminus, tum cominus: acierum ordinatione, castrorumque; positione. His nobiles addent exercitium venationis. Eaque; exercitat quæ ad rem pertinent militarem, sic debent institui, sicque; geri graviter, vt ad ipsa belli opera accedant quam proxime: uti & Plato statuit. Quo juventus scientiam militarem usumque; belli possit discere domi inter suos, sub piis bonisque; legibus & magistratibus: nec sit opus eam in externam mittere militiam, quæ (vt bella scilicet gesta his seculis justa sunt) ita referta est flagitiis, solutaque; prope omni disciplina, quæ quidem requiritur a Christianis militibus vt in eam suos extrudere militiam non possint, qui felicem militiam atque; victoriam sperant a Domino, juxta illud Psalmi Deus est, qui accingit me virtute bellica & expedit viam meam: & quæ sequuntur.

His denique; ludis, vt & superioris generis, præesse semper debent viri[619], sicut harum rerum quibus luditur, singulariter periti: ita per omnia vere sapientes atque; cunctæ pietatis ac virtutis studiosissimi: indeque; etiam authoritate gravissima venerandi: quo cum velint, tum valeant omnem juventutis ludum studium

[Liber 2 chapter 54 page 146]
usumque virtutum, qui unus omnium ludorum apud Christianos est sinis, referre & accommodare. Ad laudem enim Dei, nominisque; eius gloriam, in procuranda proximorum salute conditi & filii Dei sanguine sumus redempti: non vt inani & perniciosa dissolvantur scurrilitate & vanitate.

De ludis itaque, cantionibus atque; choreis pie & salutariter constituendis detur hoc VII Caput legis, qua pia inter cives industria venit reparanda. His enim rationibus, cum quisque civium a puero bonis & salutaribus Rei publica artibus & negotiis applicabitur, tum ludorum quoque; usus qualem descripsimus, suerit institutus, facile impium ac perniciosum ocium (perennis illa & exuberans vitiorum, omnisque; nequitiæ scaturigo) a civibus avertetur: piaque; illis ac sancta conciliabitur industria, vena inexhausta & redundans commodorum omnium, quibus tam animi, quam corpora Rei publica præclare ornantur atque juvantur. Plurimum enim deplorandum est, & pudendum, tam multas olim, quanquam ignaras Dei gentes, ocium & ignaviam adeo severiter a se depulisse & ad serias, Reique; publicæ utiles actiones cives suos educasse atque impulisse (Draco enim Atheniensis legitur desidiam capite puniendam censuisse) & nos, qui Dei filii habemur, rei huius tam sanctæ & salutaris curam tantopere negligere, vt Turcis simus hoc nomine singulari ludibrio & detestationi. Nec enim domi, nec militiæ illi otiosos homines tolerant: quo sit, vt & hominibus & opibus sint tam copiosi, tantasque victorias sibi pepererint & pariant. Hæc dicta sint de educatione juventutis civili, de depellendo otio, honestisque artibus & negotiis invehendis & augendis.

Lex nona, de coercendo luxu, & noxiis sumptibus.

CAPVT LV.

Tam cum salutari industrie insidietur maxime voluptas & luxus, S.M.T. & contra has vitæ humanæ pestes, populis suis consulet, lege sumptuaria: qua omnem prohibeat indignam professis pietatem, luxuriem, pompam & fastum, in ædificiis, vestibus, ornamentis corporum, cibo, potuque, ac

619 Psalmi.18. Præfecti ludis gymnicis constituendi.

rebus omnibus conserentibus magis ad carnis oblectationem, quam ad animi virtutem, veramque; Rei publica utilitatem. Quarum rerum omnium modum S.M.T. facile constituet, religioni nostræ attemperatum, si consideraverit, Christianis hominibus, quæcunque agant, sive edant, sive bibant, sive quid aliud faciant sermone opere[620], cuncta esse facienda in nomine Domini IESV, ad gloriam Dei: vt his ipsis quoque rebus & actionibus nostris omnibus gratias agamus Deo, & Patri per ipsum[621]: atque caveamus, ne ullum cuipiam a nobis offendiculum obi iciatur, nec Judæis, nec Græcis, nec Ecclesiæ Dei: sed demus operam, vt placeamus per omnia omnibus: nec quæramus uspiam, quæ nobis conducant, sive ad rem, sive ad voluptatem: sed ad id quod interest multorum, vt serventur. Hæc Spiritus sancti verba, prodita nobis I. Corinthios. 10 & Colossenses 3, religiose ponderentur: certam enim his nobis præscripsit regulam usus & moderationis rerum omnium, quibus vita corporis sustentatur, fovetur & ornatur.

Iam conjungantur his illa, quæ idem Spiritus sanctus nominatim de cultu atque ornatu mulierum præcepit per Apostolos suos[622], D. Paulum & Petrum: Similiter, inquit, Mulieres volo semet ipsas ornare, vestitu ornato, cum pudore & modestia, non tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste preciosa, sed per opera bona, quod decet mulieres pietatem cultumque Dei professas.

[Liber 2 chapter 55 page 147]

Et per D. Petrum: Quarum sit ornatus, non in plicatura pilorum & circumposito auro, atque; amictu vestimentorum[623]: sed ornatus earum sit absconditus homo cordis, præditus incorrupta mansuetudine & spiritu tranquillo, qui spiritus est coram Deo res preciosa. Sic enim aliquando sese ornabant mulieres sanctæ, quæ sperabant in Deum.

Hæc perpendamus præcepta Spiritus sancti, tradita esse mulieribus, quibus tamen Deus, vt infirmiori sexui, plusculum semper indulsit cultus & ornamentorum corporis: adeo vt in singularibus suis in populum suum beneficiis, numeraverit ornatum filiarum, reserantem ex sculptos præclare, exornatosque angulos templi, aut cujus vis eximie exculti Palatii: Psalmi 144. quanto magis igitur hæc ad viros præcepta pertinent, quos Dei imaginem decet exprimere perfectius, omnique; sanctimoniæ cultu mulieribus, tanquam earum capita præire? Observemus itaque cultum & ornatum omnem Christianorum, sicut mulierum, ita multo magis virorum, situm esse interiore homine, in verecundia, moderatione, mansuetudine, tranquillo spiritu, nullis pravis affectibus perturbato & corrupto, in bonis operibus: id est, beneficiis, quibus alios afficiemus, cibando eos, potando, recto recipiendo, vestiendo, curando, consolando, qui his opus habent officiis.[624] In quæ omni qui suerint vere intenti, hos sane levis cura tenebit omnis mundani cultus aut ornatus: imo quicquid insumpserint cum temporis, tum impendiorum, in ornandum proprium corpus, id ducunt sibi perire ad verum salutaremque; utriusque hominis ornatum quo se Deo student & angelis eius, Ecclesiæque; Dei approbare.

Atque Spiritus sancti ista de interno & Christianis hominibus proprio cultu atque exornatione præcepta, haud judicans satis fore , ad stultam illam & puerilem as sectationem externi cultus reprimendam, adjecit: Non debere Christianos ornari plicaturis capillorum, auro, argento, gemmis, vestibus preciosis: non quod non sint & hæc dona Dei, in hominum & maxime sanctorum usum

---

620 1. Cor. 10.

621 Coloss.3., Rom.15.

622 1.Tim.2.

623 1.Pet.3.

624 Matth.25.

condita: sed vt ostenderet, quanquam his quoque uti eius muneribus & possint & debeant filii eius, quibus illa ipse suppeditaret, pro civili decoro observando, ad cuiusque vocationem & functionem exacto: tamen se nolle, vt filii sui in his rebus suum cultum collocent, neve his orna mentis acquiescant & capiantur: aut largius ea usurpent, quam postulent vocationem & munerum civilium ratio & discrimina, ad Rei publica non tam decorem, quam etiam ad conservandum ordinem disciplinæ comparata.

In quarum rerum consideratione & moderatione, ne quis seipsum fallat, Spiritus sancti scopum certum præfixit, in quem semper sit respiciendum[625], cum præcepta sua de corporis cultu atque ornatu his conclusit verbis: Quod decet mulieres, pietatem. Deique cultum professas, per bona opera. Item: Sic enim ornabant se mulieres sanctæ, quæ sperabant in Deum. Qui enim pietatis, cultusque divini professioni volunt satisfacere, quique spem suam omnem ponunt in Deo vivo, gratum Deo cultum exhibere hos sane oportet, nomen sanctum Dei glorificare, regnumque eius propagare & exornare, etiam vestitu, etiam ædificiis, etiam cibo, potu, cultu, ac rebus, actionibusque corporalibus omnibus: atque; adeo his quoque rebus se declarare mundo esse crucifixos, mundum subi, atque abhorrere ab omni gloria, quæ non consistat in cruce Domini nostri Iesu Christi: in quo, vt sunt[626], ita etiam præstare se debent omnes Christiani, idque omni quoque corporis habitu & ornatu, novam creaturam: cujus omne studium sit, exuere in dies plenius veterem hominem, cum suis erraticis & perditis cupiditatibus[627], atque induere Dominum nostrum IESVM Christum, carnisque nullam curam gerere, pro eius cupiditatibus: ac propterea modis omnibus id

[Liber 2 chapter 55 page 148]
defugere[628], vt huic seculo, hoc est, perditis mundi hominibus, conformentur.[629]

Cicero scriptor ethnicus[630], modum in vestitu & cultu reliquo corporis servando, ex eo præcipit constituendum, vt probemur his, qui cum & apud quos vivamus nos vero de mundo hoc non sumus, municipatus noster est in cælis: nostrum est, vivere ubique & semper in conspectu Dei patris, filii, & Spiritus sancti, omniumque angelorum & sanctorum Dei hominum, qui cælo continentur & terra.[631] His itaque Deo, fictori & patri nostro cælesti: filio eius, nostri causa crucifixo, unico redemptori nostro: spiritui sancto, doctori & perfectori nostro: cunctis eius angelis & sanctis, vt probemur, nostrumque; omnem corporis cultum & ornatum approbemus, curare nos, eniti & elaborare oportet.

In hæc omnia defixus, ac semper respiciens animus, nullo negotio justam, gratamque Deo, Ecclesiæ Dei utilem & decoram, cultus omnis externi moderationem agnoscet, statuetque eam sane, quæ vt nemini charitatis ullum subtrahat, imminuat, aut impediat officium nimio sumptu: ita nec confundat, negligat, vel decoret, quæ deceat observari, personarum his in rebus discrimina, atque ornamenta: vt Principum, nobilium, optimatum, magistratuum. Secundum hanc itaque moderationem, S.M.T. leges vestiaria & sumpturis populis suis dabit: luxumque illis omnem in ædificiis, conviviis, vestitu & ornatu coercebit: eoque pacto, sicut necessariam Christianis modestiam atque frugalitatem in

---

625 Scopis omnis externi cultus et elegantiæ.

626 Galat.6.

627 Rom.13.

628 ephes.4.

629 Rom.13.

630 Christianorum est vipera, ut se in rebus omnibus ornent ad gloriam Dei.

631 Philip.3.

populis suis feliciter excitabit[632], promovebit, atque; communiet: ita & ingentia a regno suo, cum publica tum privata damna submovebit, quæ hodie illi luxuriæ tam sumptuosa in nugis cum exoticis tum excogitatis domni, inseruntur.

Lex decima, de civilium legum re purgatione & explicatione.

CAPVT LVI.

Ubi itaque S.M.T. suis populis saluta rem conciliaverit confirmaveritque industriam, exposita iam ratione[633], vt a puero scilicet quisque certæ & utili Rei publica arti, vitæque functioni educetur & applicetur: atque vt suum quisque munus perseveranter colat, efficiatque, urgeatur: tum ab eodem intemperantiam quoque omnem, negavit iam & luxuriem depulerit ac profligaverit: proximum erit, vt eas quoque leges explicet atque instauret, quibus hominum inter se regitur communicatio, officiorum que ac rerum commutatio.

Passim enim queri bonos viros audio, leges regni huius, decorum proprietatibus & commutationibus, de successionibus in bonis, atque aliis huius generis civilibus contractibus & commerciis, esse per obscuras atque implicatas: adeoque etiam lingua perscriptas quadam obsoleta vt a nemine queant intelligi, qui non & eam linguam didicerit, & earum legum intelligentiam multo suerit studio assecutus: indeque fieri, vt plerique eorum qui eas leges aliquo modo habent cognitas, jurisque; magis quam justitiæ sint consulti, his ipsis legibus abutantur pro hominum decipulis, retibusque[634]; pecuniarum. Quo regni non tolerando incommodo, permotum aiunt præstantissimum principem S.M.T. patrem, vt corrigendis, elucidandisque his legibus certos pridem homines deputarit.

Cum autem isti legum designati instauratores, vel mole operis absterriti, vel aliis impediti abstractique negotiis, huic malo adhuc nullum attulerint remedium, abusioque; & perversio legum indi es magis invalescere dicatur eo certe id erit S.M.T. & maturius & pertinacius elaborandum, quo leges

[Liber 2 chapter 56 page 149]

illæ quam rectissime ac planissime extent explicatæ eaque cum lingua tum methodi descriptæ, vt quemadmodum servari debent ab omnibus civibus, ita ab omnibus quoque possint legi & intelligi, occasioque omnis circumveniendi, expilandosque bonos ac simplices homines, improbis illis leguleius atque; rabulis amputetur. Convenit hoc inter omnes sapientes nullam posse Rem publicam consistere sine legibus; quas cives, vt Dei dictata ac præscripta, suspiciant atque; sequantur. Quid autem interest, nullæ existant leges: aut quæ existunt, sint civibus ignoratæ?

Dabit igitur S.M.T. & hoc studii regno Christi apud suos restituendo, justitiæ que, paci & saluti populorum suorum procurandæ ac conservandæ, vt seligat viros ex omni regno, cum pietate in Deum & patriam, tum scientia quoque & studio boni & æqui excellentissimos: quibus hoc injungat negotii, vt quam primum leges omnes, quibus S.M.T. subditi ad cuncta omnis justitiæ officia, tum quæ Deo, tum quæ patriæ, tum quæ quisque; proximo suo debet, instituantur, adducantur, adigantur: & quoad eius queat fieri, de scribant & explicent ea perspicuitate, brevitate, serie, vt non intelligi modo ab omnibus,

---

632 quam damnosus regno sit luxus.

633 Leges de justitia quam vocant commutativam.

634 Reformatio legum & ante decretæ.

verum etiam teneri, commemorarique; facile possint.

Quod vt commodius obtineatur, redigi quoque debent[635], more veterum, in breves quasdam epitomas, atque carmina, quæ ab adolescentibus, mox a doctrina puerili ediscantur, atque decantentur ab omni populo. Quid enim diligente & studii non debeant adhibere Christiani principes, vt suos cives quam optimos reddant, quod constat adhibuisse sapientes Ethnicorum?

Vt vero nulla sanctio aut constitutio, moderandæ hominum vitæ & motibus facta, legis nomen queat sustinere, si non sit a principe lege, memne mete omnia tuentis & regentis Dei derivata & excepta: pendeat autem, vt servator noster IESVS CHRISTUS affirmavit, lex omnis Dei atque universa doctrina per divinos vates prodita, his duobus capitibus (Diliges Jehouah Deum tuum, ex tot corde tuo, ex tota anima tua, & ex omni virili tua: & proximum tuum, sicut te ipsum) ad hæc cerro duo capita leges omnes, sicut traditæ divinitus, ita latæ per homines, sunt reserandæ: adeoque in omnibus, quibusuis de rebus, scitis, jussis ac vetitis, id cum primis spectandum est omnibus legum & conditoribus & repurga turibus atque; instaurat oribus, vt ea tantum hominibus præcipiantur, quæ pio sinceroque; Dei cultui, tum solidæ atque; officiosæ charitati & beneficentiæ in proximos, sint accommodata: & prohibeantur, quæ sunt his contraria.

Quæ itaque S.M.T. de vera Christi religione docenda, confirmanda, provehenda, vindicandaque, de quibus supra monuimus, sanciet, ea primum tenebunt in regi sui legibus locum[636]: eaque; omnia pietatis complectentur officia, quæ comprehensa sunt in priore divinæ legis tabula, per quatuor illa præcepta: De vero unoque; Deo, vt se in Scripturis ipse patefecit, audiendo atque colendo: De aversandis & execrandis cunctis alienis numinibus, & cultibus in D. Scripturis non commendatis: De abhorrendo a periurio, atque omni contumelia divini nominis, atque; ideo & de confitendo atque; celebrando quam sanctissime eodem nomine & majestate Dei patris, filii, & spiritus S. De sanctificando sabbato, hoc est, omni tempore, loco & ministerio, quibus Deus vult cognitionem, cultumque; sui, suis hominibus conservare & augeri, prædicatione admonituque Evangelii, usu sacramentorum, totius Christianæ disciplinæ, precibus, laudibus Dei, & gratiarum actionibus.

Proximus locus detur decretis & sanctionibus, quæ insunt in quinto Decalogi præcepto, de honorandis atque; audiendis, sicut parentibus ita

[Liber 2 chapter 56 page 150]

omnibus qui parentum quovis modo præstant officia, docendo, monendo, regendo, corrigendo, alendo, tuendo, ad juvandoque; cum Ecclesiasticam tum civilem educationem, & cuiusque; ad suum proprium cunis applicationem, de qua iam paulo ante disseruimus: qua vis maxime continetur justitiæ, quam vocant distributivam, Plato Politicam: qua cuique; id attribuitur mineris, honoris & emolumenti, quod cuique; ad universæ Rei publica utilitatem competit, pro sua natura, ingenio, virtute, studio. Iniquitas enim est, imparibus facultate atque conatu Rei publicæ commodandi, paria deferre munia, dignitates, & utilitates.

Tertio ergo loco sequantur leges, ad quas exigendæ sunt rerum & actionum huius vitæ communicationes[637], contractus voluntarii & inuoluntarii: quarum cum illa sit summa regula, unum quemque ita agere debere cum proximis suis, uti velit illos agere secum, idque ex sincera charitate: in huius generis legibus condendis, emendandis, atque elucidandis, quam accuratissime advigilandum est, vt omnis ***πλεονεξία***[638], est, cupiditas plus equo sibi quærendi vel rerum, vel honorum, vel voluptatum, omnis quoque fraus & dolus a civium commerciis excludatur: sique obrepserit, severissima

---

635 Leges, & in carmine redigendæ.

636 Ordo servetur in legibus X. præceptorum.

637 Leges justitiæ

animadversione repellatur: civesque eo adducantur, vt agnoscant, eum non in Christi modo Ecclesia, verum nec in ulla Re publica Christiana debere tolerari, qui deprehendatur sua privata commoda vel anteferre publicis, vel quærere cum aliorum incommodis: nec sic esse comparatus, vt mutuam cum proximis colat benevolentiam ac beneficentiam, fidem, veritatem, gratitudinem.

In quocunque enim homine se prodiderit voluntas ac studium proximos fallendi, & fraudandi & ob lædendi, is nomine & figura homo[639], ingenio & studio est effera bellua: cui ad evertendum non tantum privares cives, sed ipsam etiam Rem publicam, præter occasionem nihil deest: & eam facile undecumque arripit, captivus scilicet Satanæ, ad illius mendacem & humano generi modis omnibus exitiosam libidinem. Quod Spiritus sanctus & eo testatus est cum affirmavit, eum qui fratrem oderit (odit autem, quisquis sciens & prudens lædit) esse homicidam. Unde in omni impiorum execratione, Scriptura præcipue semper notat & detestatur fraudem, malitiam & mendacium. In omnibus itaque legibus, cum primis est requirendum, vt represso amore sui, & omni ***ϖλεονεξία***[640], oppressa, ita quisque proximos suos complectatur & adjuvet, sic bona side cum illis transigat omnia, vt velit quisque alios complecti se & adjuvare, ac secum contrahere. Hæc itaque considerent & respiciant correctores legum omnium, quæ dantur de præstanda justitia, quam vocant commutativam, quo homines doceantur, eoque perducantur, vt agnoscant se non subi, sed Deo, Ecclesiæ, patrie, atque; proximis quibusque; esse natos: seque; Deum & Rem publicam impie ob lædere, mererique; hominum ejici consortio, si ulla in re deprehendantur quicquam boni sibi, quam & Rei publica & cuique; proximo, maluisse. Hæc juris sunt naturæ, non tantum evangelii, quod tamen in S.M.T. regno omnes profitentur.

Lex undecima, De magistratibus constituendis.

CAPVT LVII.

Porro, quoniam constat, quantumvis leges sapienter pleneque condantur & explicentur, illis tamen nihil profici ad salutem Rei publicæ, nisi per ordinarios magistratus strenue defendantur, earumque ab omnibus obedientia exigatur quam severissime: Unde est, quod boni magistratus vocantur animatæ leges. Summa

[Liber 2 chapter 57 page 151]
itaque; religione ad curabit S.M.T. ne uspiam desint subditis suis pii, sancti, reique publicæ amantes, atque prudentes magistratus. Sic enim ad omnia propendet vitia humana imbecillitas, vt nemo non pietatis, virtutisque custode opus habeat, monitore atque; exactore. Id Deus noster, qui novit quid in homine sit, & quæ eius salus requirat remedia, contra innatos impietatis, nequitie & iniquitatis morbos, eo satis declaravit, quod eam magistratuum copiam & ordinem populo suo instituit, vt quique; decem patres familias proprium haberent custodem, curatorem & moderatorem, decanum: ac rursus singulis quinque decanis, præfectus esset princeps unus quinquagenarius: duobus vero quinquagenariis, unus centurio: decem centuriones uni subessent duci millenario: duces millenarii omnes una cum cæteris

---

638 [***πλεονεξία***] [greed]

639 Nomine homo, re bellua, qui sus commodi quærit aliorum incommodo.

640 [***ϖλεονεξία***] [***πλεονεξία***] [greed]

magistratibus omnibus parerent tribuno summo totius cuiusque tribus moderatori: quibus omnibus præesset unus universi populi summus index & gubernator.

Ex hac itaque magistratuum descriptione, illud commodi ad Rem publica perveniebat, vt singulorum civium vitæ rationes possent haberi melius perspectæ, vitiaque omnium observari c& corrigi in tempore, virtutesque excitari, defendi & prove hi: sique cessarent magistratus inferiores, superiores possent illorum negligentiam & citius & salubrius emendare atque sarcire. Quod vt religiose fieret & constanter, voluit Dominus hos populi sui magistratus summa deligi cura, accurataque; donorum ipsius in uno quoque; exploratione: & nominatim eos, qui essent צנשךחיל, id est viri virtute præditi heroica, timentes Dei, amantes veritatis & osores sordidi lucri & questus.[641] Nemo enim, nisi qui sit animo celso & periculorum quæ gerentibus Rem publica incidunt propter justitiæ studium, subeundaque; veniunt, contemptore & heroico, leges & justitiam contra improbos (quorum nusquam & nullo tempore non magnus est proventus) tuebitur, personarumque; omnem respectum a se procul fecerit: quod tam in functione magistratus omnino est necessarium.

Quia vero nulla potest vigere justitia inter eos homines, qui sunt in Deum injusti & impii, primam oportet omnis Christiani magistratus curam in id impendi, vt cives religionem sinceram & fideliter doceantur, & studiose colant: quocirca necesse est, magistratus ipsos religionis Christianæ cum scientia tum studio aliis antecedere. Unde est, quod Deus præceperit legi magistratus, qui essent de timore, veroque nominis sui cultu, probati & laudati.

Vt vero omnis vitæ humanæ corruptela, post neglectum timorem Dei[642], ex eo venit, quod homines, vt natura nascuntur fraudulenti & mendaces, nihil inter se agunt & contrahunt plane sinceriter & candide, absque; dolo ac versutia, aut aliqua simulatione atque dissimulatione: ne cesse est, magistratus, qui corrigendis hominum ingeniis & moribus sunt præfecti, singulari odio prosequantur omnem fraudem & fallaciam, omnem insidiosam hypocrisim: adeoque veritatis, simplicitatis atque; integritatis studio flagrent ardente & perpetuo. Eam igitur ob rem, Deus in populi sui magistratibus & illud nominatim requirit, vt sint viri veritatis, hoc est, veritatis & sinceritatis singulares amatores, cultores, propugnatores.


Constat & illud ex præcipuis esse causis dissidiorum civilium, atque Rei publica perturbationum, ***πλεονεξίαν***[643], morbum illum, quo quisque; alterum supera re opibus, sibique[644]; de vitæ huius commodis, honoribus & voluptatibus, plus quam par sit, vendicare conatur. Deinde conpertum est religioni, Rem publica ex æquo & bono gubernandi & cuique; jus suum tribuendi opulentos homines vehementer insidiari suis muneribus: Postremo norunt omnes, requiri in magistratibus singularem liberalitatem & munificentiam. His itaque; de causis poscit Deus a magistratibus, vt oderint omnem turpem quæstum, et

[Liber 2 chapter 57 page 152]
lucrum iniquum, quo ab omni injusta habendi cupiditate ipsi alieni, & videre valeant certius & constantius tueri, quod æquum est, justum: pestemque hanc humanæ societatis, plus æquo habendi cupiditatem, a Re publica. cum severius tum felicius arcere atque profligare: humanitatem vero, benignitatem & munificentiam, in civibus excitare, fovere & propugnare. Qui iam his præstant virtutibus, heroica animi fortitudine, pietate in Deum & sincera religione, veritate, & liberalitate, atque;

---

641 Magistratus viris tantum heroicis & deum timentibus deserendi.

642 Magistratus sint viri ex eritatis.

643  [***πλεονεξίαν***] [covetousness]

644 Magistratus oportet odisse turpem quæstum.

benignitate, hi & cæteris excellunt virtutibus, idoneique; sunt, vt reliquis hominibus regendis præficiantur, munusque; illud divinum piæ & salutaris gubernationis (unde Dii in Scripturis vocantur) rite & feliciter obeant.

Tales itaque summa diligentia inquirendi sunt, ex universo populo[645]: quique huiusmodi nominibus commendati occurrerint, vel suerint ab aliis ob lati, severissime tamen, num tales sint explorari debent, atque examinari: quo caveatur, ne Dei populis alii imponantur moderatores, quam qui vere studeant præstares se ministros Dei fidos & salutares, cum ad terrorem & oppressionem omnis impietatis, nequitiæ & injustitiæ, tum ad excitandum, conservandumque & provehendum studium omnis pietatis, frugalitatis atque justitiæ. In ea vero examinatione diligenter pervestigandum est, quomodo quisque vixerit a puero, utque se bonis viris per omnem vitam approbaverit, studio & confectione earum quas ex lege Dei commemoravi, virtutum. Plato censet requirendam & parentum virtutem, perspectamque sanctitatem. Quanquam enim Deus plerosque vocet ad se nona & undecima hora, ac nonnunquam eos quos regno suo sero adducit, virtute præ multis quos ad se mature protraxit, exornet: homines tamen decet, in omni magistratuum delectu, sequi regulam Spiritus sancti vt eos maxime ad istud divinum gubernationis Rei publica munus designent, & admoveant, qui nullis sint obnoxii criminibus & commendati de omni pietate & justitia, testimonio bonorum virorum constante ac celebri: quo & Rei publica minus accersatur periculi , ob trusis ei rectoribus qui videantur potius quam sint viri boni & sapientes: & ii qui revera boni sunt & probati, majore apud populum polleant side atque; authoritate.


Ex his facile perspicitur, quam procul depellenda sit a Re publica labes illa, & corruptela cum primis pestilens, quæ in nonnulla regna invasit[646], vt præfecturæ, atque alia administrandæ Rei publica, munia attribuantur pro carnali gratia ac precio: atque nonnunquam uni plura. Nonnullis etiam concedatur, quibus ista munera semel addicta suerint, vt in eorum munerum administratione sibi sufficiant quos ipsi velint: qui plerumque sibi substituunt, non qui ad gerendum delata munera sint magis idonei: sed qui sint illis carne conjunctiores, aut qui pro ea suffectione plus numerent, aut salarii quod hisce functionibus est constitutum partem eis majorem concedant. Hac enim ***της ϖλεονεξίας***[647] licentia, & illecebra avaritiæ, sit, vt magistratus sicut habentur quæstui, ita administrentur vitiosissime. Studet siquidem unusquisque vt quoad adipiscendis magistratibus impendit, in administratione cum feno recipiat. Quod animadvertens Imperator Justinianus, statuit, ab ineuntibus magistratibus juramentum exigendum, quo jurarent se causa adipiscendi magistratus, vel adepti, nihil omnino cuiquam pro ullo patrocinio, vel suffragio, factave apud Principem commendatione dedisse, aut esse daturos, nihilque promisisse, pactosve esse: magistratumque; quem accepissent gratuito, ***ἄμιοϑον***[648], ita pure, gratuito ac bona fide subditis administraturos, contentos ordinariis ē publico stipendiis. Consideretur propius lex Theodosii et Valentiniani Imperator quæ habetur Codex ad legem Juliam repetundarum, hac jurisjurandi formula, quæ inter Justiniani Imperator, Authenticas nono loco


[Liber 2 chapter 57 page 153]
posita est. In qua et illud observandum est, quod jurare oportebat eos qui magistratus susciperent, se communionem colere, et culturos esse, sanctis. Dei Ecclesiæ, catholicæ atque a post. nec se huic ullo

---

645 Severæ eorum qui gubernandæ rei publica præficiendi sunt, examinatio.

646 Perniciosissimum rei publica. vitium abolendum, quod magistratus pro carnali gratiæ & precio conferuntur.

647  [***της ϖλεονεξίας***] [***της πλεονεξίας***] [greed]

648  [***ἄμιοϑον***] = [***ἄμιοθον***]

modo, ullo ve tempore adversaturos: neque id cuiquam, quoad eius possent, permissuros.

Ad vigilabit itaque et S.M.T. secuta in eo legem Dei et exempla omnium piorum et sapientum principum[649], primum ne cuiquam vel ipsa munus aliquod publicum conserat, aut conferri a quoquam suorum patiatur, cujus non sit perspecta explorataque pietas, prudentia & virtus, scientiaque; politica: vt dubium scilicet non sit, eum cum velle, tum posse munus suum Rei publica præstare salutariter, id est, ad illustrandam gloriam Dei, et populi commoda augenda. Qui enim non in primis quærunt regnum Dei et Dei justitiam hi mancipia sunt Satanæ: nec poterunt, quod quidem ad ipsos attinet, non eo se præstare Rei publica pestes nocentiores, quo ampliorem in ea obtinent potestatem. Qui iam non etiam dono & virtute gubernationis sunt a Deo instructi, ii vt se queant exhibere viros bonos, probosque; cives privatos, ita bonos se dare aliorum moderatores non possunt.

Deinde ad curabit S.M.T. sicut ipsa omnia gubernationis publicæ munia gratuito nulliusque alterius rei gratia aut contemplatione defert[650], quam gloriæ Dei, per sanctam horum muniorum administrationem in salute populi provehendæ: ita et cuncti eius Principes atque præfecti superiores, eandem servent in deligendis et constituendis magistratibus sanctitatem, integritatem, religionem, nihil prorsus deserentes ulli carnali gratiæ, aut potentum intercessioni: multo minus precio, aut privato obsequio. Munera enim ista, non beneficia sunt hominum, quæ pro dantis arbitrio et studio in privatos fas sit elargiri: sed functiones sunt de mandatæ divinitus, quæ iis tantum imponi debent, de quibus expectari queat, quod eas sint ad sanctificandum nomen Dei, et procurandam salutem et felicitatem populi Dei gesturi et obituri. Quæ in legendis et admittendis magistratibus sanctitas, quo constanter observetur, operæ precium erit, gravissimas constitui penas iis, qui suerint deprehensi aliquid cuiquam, gratia magistratus adipiscendi, vel adepti dedisse, aut se daturos promisisse: aut a quoquam accepisse, vel esse pactos.

Nulli etiam quantumvis ad gubernandum Rem publica probe instituto[651], duo deserendi magistratus sunt: cum quisque magistratus tantum requirat curæ et opere, vt rarissimus sit qui uni per omnia queat satisfacere. multo minus cuiquam est concedendum, vt ipse sibi pro suo arbitratu, ullo in Rei publica munere alium, sufficiat: minime vero omnium, vt partem salarii cuiusquam magistratus quisquam percipiat, qui non ipse magistratum illum bona side obeat et administret. Nulla enim harum indulgentiarum non causam præbet, magistratum gerendi minus sancte, minus fideliter, minus salutariter rei publicæ.

Tollendi quoque erunt abusus illi inutilium atque noxiorum sumptuum, quos plerisque in locis facere cogunt urii, qui ineunt magistratus[652], ac nonnullis aliis temporibus, dum magistratu funguntur. Hoc enim vitio arcentur magistratibus sæpe viri ad hoc munus maxime idonei, eo quod sumptus eius modi propter patrimoniorum suorum tenuitate, perferre non possunt: tum etiam Deus graviter offenditur, suamque negat gerendo magistratui benedictionem, cum munera ista tam divina non suscipiuntur et usurpantur, cum religiosa nominis eius in vocatione, omni luxurie et pompa Christianis indigna, semota.

Tum et illud S.M.T. constituet et efficiet, vt quisque; magistratuum suum, sicut accepit omnino gratis, ita etiam gratuito administret sinceriter, sideque

[Liber 2 chapter 57 page 154]

---

649 Quid spectandum in collatio ne magistratuum.

650 Magistratus conferantur gratuito.

651 Nemini permittendum, ut duos gerat magistratus, aut sibi, quem velit, substituat, aut salario participet muneris quod non gerit.

652 Sumptus frustratione, et profanus luxus ab inauguratione magistræ tuum removendus.

optima: vt nefas esse ducat (quod severissime quoque S.M.T. curabit puniendum) quicquam munerum a quoquam subditorum accipere. Quanquam enim munera dare et accipere sit officium charitatis, si sine veræ & sanctæ charitatis præstentur: tamen quoniam ea est ingenii humani imbecillitas, vt muneribus facile etiam sapientes & præstantes justitia viri corrumpantur, atque a vero justoque deducantur: visum est Deo, soli sapienti, hominumque; vere amanti, vt omnis omnino ***δωρο δοκία***[653], munerum acceptio, quam longissime absit ab iis qui gerunt magistratus & præsunt judiciis. Ira enim præcepit Exodus 23. & Deuteronomium 16. *Ne accipias munus: nam munus excæcat attentos & oculos sapientum atque pervertit sententias justas.* En Deus, qui solus novit quid sit in homine, pronunciat, munera excæcare sapientes quoque viros, & bene oculatos, attentosque ac perspicaces, in dispiciendi per videndoque vero, bono & æquo: eorumque etiam verba & sententias pervertere, qui alioqui justitiam amant & sectantur severissima itaque lege S.M.T. cavebit, ne quis eorum, quos S.M.T. populis suis, vt judicium illis faciant & justitiam, præficit, tantum ultro sibi accersat excæcationis & iniquitatis periculum per receptionem munerum: quæ personarum statim acceptionem secum attrahit, omnemque legitimæ atque salutaris gubernationis religionem avertit.

Præterea, vt omne figmentum, omnisque sensus humani cordis ad malum propendeat a puero, uti impietatis, ita & nequitiæ atque iniquitatis, propter innatam scilicet, sicut Dei ignorationem, ita infinitam & opum & honorum & voluptatum ***πλεονεξίαν***[654], qua homines non hominum tantum, sed etiam Dei jura violant, sibi omnia cupientes & vendicare conantes: ita singuli sane hominum, quacunque sint ætate, nedum singulæ Res publica perpetua opus habent & accuratissima custodia & gubernatione vigilantissima: non minus quam navis, quæ in medio ac tempestuoso mari perpetuis jactatur fluctibus, uti & Plato scripsit. Quo circa nullus omnino pagus, nedum oppidum, suis destitui debet probatis & muneri piæ gubernationis assidue & studiose incumbentibus præsectis &curatoribus: qui caveant quam diligentissime, ne quid damni navis Rei publica accipiat a fluctibus impietatis luxuriæ, injustitiæ, quos Satan nunquam cessat concitare, cum vi arcana suarum suggestionum, tum etiam ventis & procellis immanium molitionum atque furorum, quibus sua inter homines mancipia horribiliter & ad perturbanda jura omnia, divina & humana, nunquam non commovet & impellit.

Quibus malis vt præsto semper esset remedium, visum est Deo nostro,primum, uti supra dictum[655], vt quibusque denis viris, suus proprius præesset magistratus: & quinque decuriis, princeps unus quinquagenarius: duobus quinquagenis, unus centurio: & decem centuriis, unus dux millenarius: singulis millibus, princeps ac dux summus cuiusque tribus: atque his omnibus, supremus totius populi judex & gubernator. Tum etiam, vt singulæ Civitates & oppida suos habeant judices atque præfectos: Judices inquit & præfectos constitues tibi in omnibus portis tuis, quas dederit Dominus Deus tuus, secundum tribus tuas, qui judicent[656]: id est, gubernent populum, atque; regant justo judicio & gubernatione.

Quam legem David vt servaret, uti debebat, tantum ex Levitis[657], vt legis divinæ doctoribus, præfectos præfecit populo Dei, & judices sexies mille. In quo exemplo illud diligenter observandum, quod tot Levitas, qui præ aliis divini juris docti erant & consulti, huic gubernationis & judicandi muneri præfecit. Maxime enim sapientibus atque; prudentibus viris, hoc munus tam divinum est

---

653 δωροδοκία, [***δωρο δοκία***] [gift tests]

654 πλεονεξίαν, [***πλεονεξίαν***] [covetousness]

655 Singulæ civitates judicia habeant solide constitutæ.

656 Deut. 4.

657 David gubernandis & judicandis subditis præfecit præcipue Levitas, ut in lege Dei doctos.

committendum.

[Liber 2 chapter 57 page 155]

Quartum itaque sit caput legis, de constituendis magistratibus[658]: vt nulli omnino quamvis exiguæ communitati, suus desit custos & moderator ad vi tam piam, frugi & justam: atque; in locis frequentioribus præsint his inferioribus magistratibus, alii moderatores ac custodes, qui sint amplioris sicut potestatis atque imperii, ita & sapientiæ, sanctimoniæ & æquitatis: atque istis rursus alii, ita vt non solum in plebibus, verum etiam in ipsis præsectis atque; populi gubernatoribus, nihil sit ***ἀφρούρητον***[659]: sed quisque cum privatus, tum in Rei publica ministerio constitutus, suum habeat curatorem & inspectorem: animadversor emque, si quid peccet: impulsorem ad officium, si quid in eo cessat.

Quod vt præstari commode possit, atque; ad Rei publica utilitatem feliciter perfici, S.M.T. ipsa quoque opportunis temporibus[660], exemplo piorum atque sapientum regum, regni sui provincias inviset: utque regantur, explorabit: ac quos Rei publica munia fideliter obiisse cognoverit, sic honorabit: itaque in eos, quos deprehenderit secus gessisse, animadvertet: vt summam omnibus suis præsectis, rerumque publicarum administris ingerat sollicitudinem, munus hoc, vt est sanctissimum, ita sancte etiam, ac bona side administrandi, tanquam Dei gubernationem atque judicium. Cumque S.M.T. non possit hanc provinciarum suarum inspectionem per se facere sæpius, curabit eam fieri per done os ad eam rem viros, singulis annis, aut ad summum quoque biennio. Nam vt horrende collapsa sit religio Christianæ gubernationis S.M.T. haudquaquam ignorat.

Præclarum vero exemplum nobis Spiritus sanctus exhibet in rege Josaphat huius officii regii, inspectionis provinciarum vt ruisque: & quam S.M.T. per se faciat & quam per legatos suos, Qua scilicet utraque id summopere curet, efficiatque, vt subditi eius ubique & legem & jus Dei optima side doceantur: & juxta eandem legem studiose gubernentur atque judicentur, per magistratus atque judices pios, prudentes, strenuos & sanctos, quales Lex Dei requirit. Hoc exemplum S.M.T. religiose considerare, atque sedulo velit imitari. De visitatione itaque regni, quam S.M.T. per se faciat, ita legimus in historia regis Josaphat:

Josaphat[661] cum in regni sui sede Hierusalem habitaret, iterum profectus est ad populum, a Beezscheba, usque ad montem Ephraim: reduxitque, eos ad Jehouah Deum ipsorum, ac constituit per singulas Civitates muratas Judæ, judices, de Civitate ad Civitatem: Atque dixit ad Judices: Videte, quid vos faciatis. non enim homini, sed Jehouæ judicabitis: & ipse est inter vos in omni judicii administratione. Teneat ergo vos sollicitos officii, metus Jehouæ: observate vos ipsos & facite nec enim est apud Jehouah Deum nostrum iniquitas, non acceptio personarum, non receptio munerum.

Constituit præterea Josaphat & judicium Hierusalem[662], de Levitis & sacerdotibus & principibus patrum Isrælis, qui judicarent causas quæ ad Deum pertinent ac reversi sunt Hierusalem. Præcepitque rex illis dicens: Sic facietis in timore Jehouæ in veritate & corde perfecto. Et quæcunque causa aut lis ad vos suerit delata a fratribus vestris, qui habitant per Civitates suas, inter sanguinem &

---

658 Nemo fit fine custode.

659 ἀφρούρητον: [**ἀφρούρητον**] [unguarded]

660 Visitatio provinciarum.

661 Ex capite 19.posterioris Parali.

662 In timore Domini, veritate, & corde perfecto.

sanguinem, inter legem & legem, de præcepto, de cæremoniis, de civilibus legibus: cavebitis illis admonendo atque docendo eos, ne se peccato obligent apud Jehouah, atque accendatur ira in vos & in fratres vestros. Sic facite & ne peccetis. Et ecce. Amariahu princeps sacerdos judex est apud vos in rebus omnibus[663]*, quæ pertinent ad Jehouah: & Zebadiahu filius Ismael, præfectus Domui Jehouah in omni negotio regis. Sunt denique vobis & præfecti Levitarum. Corroboramini, & facite: eritque Dominus cum bono.*

In præclaro hoc, vereque regio exemplo, R.M.T. hæc observabit:primum,

[Liber 2 chapter 57 page 156]

quod scribitur regem Josaphat iterum prosectum esse ad invisendum populum regni sui. hinc enim intelligitur, eum & antea præstitisse subditis suis hoc inspectionis beneficium: judicasseque; illud a pio rege necessario requiri. Deinde, quod invisit hic pius rex populum sui regni universum, a Beerscheba uno regni sui termino, ad montem Ephraim, alterum terminum. Tum quod in ea inspectione suorum, in primis curavit restituendam religionem: reduxit enim eos ad Dominum Deum suum. Non oti osa igitur, nec inanis suit hæc inspectio: sed effecit ea pius Rex, vt verus Dei cultus reciperetur ab omnibus & publice & privatim, nemine audente iam palam contravenire verbo vel facto. Si quis itaque id non sincero corde fecit, sed simulato, sibi uni, non & aliis noxius suit. Agnovit hoc rex, nihil esse regi in hac salutis hominum procuratione & religionis reconcinnat ione, agendum remisse & absque salutari effectu.

Præterea considerandum, quod hic rex judices[664], hoc est, moderatores Rei publica qui non tantum delica vindicarent, verum etiam ne quis delinqueret, caverent, constituit per omnes regni sui Civitates. Habebant autem singulæ Civitates certum numerum pagorum sibi attributum, quibus ipsis etiam sui custodes non deerant, juxta legem Domini, Exodi 18, & Deuteronomium 4. Deinceps quod tam religiose admonuit constitutos a se judices, vt memores essent, se Domino, non hominibus facere judicium: & Dominum esse inter ipsos, in omni judico juxta illud Psalmi 83. Deus stat in cætu Deorum, agitque judicem inter Deos. Ex ea vero regis Josaphat admonitione, satis & illud intelligitur, tales eum viros gubernandis, judicandisque suis populis præfecisse, de quorum pietate, veraque erga Deum reverentia ac timore, nihil ad dubitaret.

Observandum est & illud, quod supremum præterea Hierusalem, judicium constituit, & ex sacerdotibus & Levitis, propter scientiam legis divinæ, studiumque religionis, quibus hos decebat cæteris antecedere: tum etiam ex patribus totius populi, viris sapientia, justitia, sanctitate atque; authoritate præstantissimis: quo judicium hoc summum administraretur & religione ampliore, atque certiore & authoritate imperioque; omni populo gratiore, magisque verendo.

Nec illud non sanctissime pensitandam est, quod hic rex suis præsectis & judicibus dixit[665]: cavebitis eis, ne peccato se obligent apud Jehouah & veni at ira super vos, & super fratres vestros. Totus enim populus illis peccatis obligatur, quibus publice connivet ur: quod Deus satis docuit ex eo, quod totum populum afflixit propter unius furtum Acham: deinde etiam propter præposteram sacerdotis Eli in filios suos indulgentiam, qui tam horrenda scelera admittebant.

Perpendendum denique[666], quod religionis negotiis summum sacerdotem regiis supremum regni principem præfecti: diversam enim & scientiam & curam ista negotia requirunt, ac perinde etiam diversos administros. Utraque enim procuratio plusquam totum hominem poscit. Iam videamus &

663 Sacerdos religionis, princeps Jehuda, regiis negotiis præfectus

664 Judices in singulos civitatibus. Deo non hominibus judicatur. Deus in omni judicio.

665 Magistratus qui flagitia non ulciscuntur juxta Dei legem, populum omnem peccato obnoxium faciunt.

666 Religionis et externi regni negotia, diversos requirunt curatores.

exemplum inspectionis, quam hic rex fecit per idoneos legatos. De quo legimus eodem libro capitulus 17.

Anno tertio regni sui, misit Jehosaphat principes suos Benohail & obediah & Zecariah & Nethanael & Micaiahu, ad docendum in civitatibus Jehuda. Et cum illis Levitas Schemaiahu & Nethaniahu & Zebadiahu & Asael & Schemiramoth & Iehonathan & Adoniahu & Tobiahu & Tubadomiahu, Levitas: & cum illis Elisthama, & Iehoram sacerdotes: & docuerunt Jehudam, habebantque secum librum Jehouæ & circumiverunt per omnes urbes Jehuda & docebant populum: perculitque metus Jehouæ omnia regna terra, quæ sunt circa Iehuda, vt nullum bellum

[Liber 2 chapter 57 page 157]

Jehosaphat inferrent. Atque ex Philisteis offerebant Jehosaphat munus & argentum pro tributo: etiam Arabes adducebant ei greges ovium, arietum septem millia & septingentos & hircorum septem millia & septingentos: proficiebatque. Jehosaphat, magnusque evadebat in sublimem usque potentiam etc.

In hac animadvertendum est primo loco, quam mature rex Jehosaphat, tertio scilicet anno regni sui, animum adjecit ad restituendum suis populis sinceram, sanctamque; & religionis & Rei publica administrationem: quantamque eo studio felicitatem paraverit cum subi, tum universo regno suo.

Deinde observandum, quam præclaram his rex ad primam regni sui inspectionem miserit legationem, ex principibus, Levitis & sacerdotibus.[667] Tum, quod nec religionis, neque; publicæ gubernationis moliri reformationem voluit solis edictis, instrumentorumque; impietatis remotione: sed primum diligenti doctrina, ex libro legis de prompta, quam curavit per legatos suos, viros ex omnibus regni ordinibus præstantissimos, quam fidelissime administrari populis suis: idque; non per omnes tantum regni provincias vel comitatus, verum per singulas etiam urbes. ac quo doctrinam hanc exhiberent legati certiorem atque; sinceriorem, voluit vt Legis librum secum circumferrent, Ex his iam omnibus S.M.T. facile videt, quam sit vere regium, atque; unice cum ipsi tum regno eius salutare, advigilare eam, non solum vt populi eius suos ubique; habeant magistratus, custodes & moderatores, viros pios, prudentes, justos, spiritus heroici, alienissimos ab omni avaritia & pravitate: verum etiam vt illos subinde invisat, inspiciatque; cum per seipsam, tum per idoneos ad hanc rem legatos, viros præditos pietate, sapientia, justa & salutari animi constantia & severitate, atque; propter hoc authoritate gravissima: vt semper habeat exploratum, quomodo populi eius regantur & gubernentur: & vt quisque; magistratuum suo fungatur munere, corrigereque; studeat quamprimum quicquid vitii obrepserit, sive in religione, sive in cæteram Rei publica procuratio nem, Maximeque; animadversurus in ipsos magistratus, si qui deprehendantur munus suum non bona side ob ivisse, sive leges remittendo & connivendo flagitiis: sive administrationem contaminando.[668] quæ mala, quo & cognosci in tempore, & digna queant severitate puniri, perutile erit S.M.T. eam quoque legem sancire suis magistratibus, qua plurimum sibi olim commodarent Res publica quam sapientissime constitutæ, Atheniensium, & aliæ: vt nimirum omnes ii, qui aliquid gesserint muneris publici, procurationis suæ gestique muneris reddant publicem rationem constitutis temporibus, sive defuncti magistratibus, sive etiam dum illis adhuc funguntur: seseque accusandos omnibus, qui contra se aliquid habere putarint, præscribant, atque; atque; exhibeant: clamante præcone, Si quis velit accusare.

Hæc si S.M.T. de magistratibus, suis constituendis, probandis, invisendis, corrigendis, explorandisque; atque; si deprehendantur munus suum vel minus puram suscepisse, vel non fideliter administrasse, puniendis statuerit, observarit, vindicaritque; adjiciet Dominus spiritus sui & efficaciæ incrementum, vt eos magistratus populis suis semper inveniat & præficiat, per quos ea subditis suis

---

667 Non editis primum & superstitio forum cultuum remotione: sed doctrinæ assi duæ molienda est Ecclesiarum reformatio.

668 Ab omni magistratu gesti muneris ratio exigendæ.

omnia comparet & tueatur, quæ sunt ad piam & salutarem custodiam atque; gubernationem necessaria[669]: vt eius scilicet populi & cives a puero, per prudentem & fidelem educationem, optimas leges, legumque; assiduam doctrinam & severam exactionem instituantur, ad sue fiant atque; impellantur ad verum Dei cultum, ad omnimodam vitæ sanctimoniam, ad omnem charitatem, humanitatem & beneficentiam erga & cives & peregrinos: ad honestarum artium studia, ad salutarem industriam, qua quisque; flagitioso otio profligato eas discat in tempore artes, eas suscipiat obeatque vitæ functiones fideliter

[Liber 2 chapter 57 page 158]
atque; constanter, ad quas artes & quæ vitæ exercitia factus sit quisque; a Deo, & a moderatoribus Rei publica deputatis: ita vt non tantum se & domesticos suos honeste quisque; educet absque; ullo gravamine Ecclesiæ, Rei publica ac etiam privatorum verum possit etiam Rem publica & per se & per suos domesticos præclare adjuvare atque; exornare, tam formando & exhibendo ei cives bonos & salutares, quam conserendo in publicum: Unde cum sumptus publici possint munifice sustineri, tum etiam præberi egentibus, non civibus tantum, sed & peregrinis, quæ illis ad pie, Reique; publicæ utiliter vivendum suerint necessaria. Etenim id facile quisque; agnoscat, nisi hæc vitæ probæ & Christianis dignæ, ac necessaria fundamenta in animis civium a puero, per sanctam, perpetuam & sollicitam educationem, Institutionem, informationemque; jaciantur, figantur, atque; solidissime firmentur, corrupturum, nec posse subsistere: quicquid postea coneris probatorum morum per bonas leges & judiciorum severitatem superstruere: nec multo plus contra inolita diu ex corruptis moribus vitia profici remediis, quamvis sedulæ ac severæ animadversionis atque; correctionis, quam medici proficiunt in sanandis corporibus, iam per diuturnam intemperantiam ***κακο χυμικοίς κϛμ καχεκΊικοίς***[670], quantumvis illis medicinam quam accuratissime administrent summe salutarem.


Eo itaque; S.M.T. majore & efficaciore cura, sedulitate, sollicitudine erit providendum, vt post diligentissimam legum atque; totius vitæ pie & humane re purgationem & sanctionem, his ipsis legibus eius modi deputet ac præficiat & in singulis quidem suis oppidis, pagis, civitatibus, communitatibus, doctores, suasores, custodes, exactores atque; vindices viros pietate, sapientia, ac omni virtute, eoque; etiam summo Rei publica amore & studio præditos ac incensos: horumque; religionem atque; sanctitatem in obeundis suis muneribus S.M.T. summa vigilantia atque; securitate tueatur & conservet, cum per tempestivas inspectiones & correctiones, tum exigendo suis temporibus ab uno quoque obita functionis rationem.

Talium enim magistratuum opera, benedicente eorum studio Deo & patre nostro cælesti, eius modi pudor & horror ingenerabitur civibus S.M.T. a puero, omnis impietatis, nequitiæ, injustitiæ, detestandique; otii: & tam ardens omnis pietatis, frugalitatis, justitiæ & salutaris industriæ studium: vt judicibus, quorum partes sunt, quæ contra leges & bonos mores peccantur, puniendo corrigere, quam minimum futurum sit negotii.

Atque; cum nequeat Dominus non omnia vera vitæ huius adjicere commoda, iis qui eius regnum & justitiam in primis quærunt: supererit indubie copia rerum huic vitæ expetendarum omnium. Nam dabit quoque; Deus, vt opera sanctorum magistratuum æquissima conservatur eorundem eius beneficiorum, annonæ & rerum omnium quæcunque ad usum vitæ præsentis requiruntur, commutatio & communicatio: nec cuiquam permittatur sua quærere lucra cum aliorum incommodis. Terribile denique; erit hoc regnum cunctis hostibus, Domino ipso in eo per tam sanctam Rei publica

---

669 Summa muneris Res publicas gubernantium.

67  [***κακο χυμικοίς κϛμ καχεκΊικοίς***]

[bad chymikois ksm kachekIikois]

administrationem præsidente & regnante.

Lex duodecima, De constituendis & corrigendis judicibus & judiciis.

CAPVT LVIII.

Post eius modi vero legum & scriptarum & animatarum, id est, magistratuum restitutionem & concinnationem, sequi proxime debet reformatio judiciorum: quibus opportuna adserantur Rei publica remedia, adversus ea quæ contra leges peccantur. De his enim multæ atque; horrendæ, & a piis sane hominibus, querelæ vulgo

jactantur. primum judiciis per regnum præesse homines sinceræ religionis ex animo hostes, aut plane negligentes, palam avaros, & munerum captato res, aliisque obnoxios vitiis: eoque administrari judicia ab his multis modis vitiose & corrupte. Diciturque; veritate nimis clare in oculos omnium incurrente: cum iniqui judices non audent gratiosis ipsis & fructuosis vel reis vel actoribus, perversitate judicii gratificari, mire fraudulentas judiciorum admittere ampliatione[671]: vt si velint reum aliquem præter jus, prosecutione exemptum justi accusatoris, transfere cum in longe dissitos carceres ignorante actore. Itaque cum eo loci judicia celebrantur, quem locum nescit accusator: reus ille jure condemnandus, nullo apparente accusatore, summa iniuria absolvitur.

Contra, si quem innocentem reum, salsis gravatum criminibus velit aliquis gratiosorum & potentum hominum diutius detineri carcere & vinculis[672], dum redimere vel exorare si eius condemnationem hi desperant, subornantur, qui cum reus, actore primo nihil probante, venit absolvendus, intercedat, petas: qui; illum asservari in reorum custodia: se enim habere, quæ e re S.M.T. contra illum in proximo judicio asserat. Itaque; miser ille, ad minimum aliquot adhuc mensibus cogitur contra omne fas & jus, nulla calumniatorem pena manente periclitari & de corporis valetudine ex squalore & situ carceris, & de domesticorum suorum moribus, dum illis sua cura & educatione abest: simulque; non levem facere facultatum suarum jacturam cum nec ipse operis quippiam interim potest efficere: nec domesticos suos ad ipsorum opera adhibere.

Crebra præterea conquestio auditur & de aliorum judiciorum variis fraudibus[673], ac etiam frustratoriis dilationibus, quæ agentibus jure sunt perquam noxiæ: lucrosæ autem judicibus, advocatis & procuratoribus, & impiis litigatoribus: partim propter legum, de qua supra monui, obscuritatem & perplexitatem: partim propter inexplebilem illorum hominum avaritiam, luxumque; infinitum, huius avaritiæ parentem.

Serenissima itaque; M.T. memor, judicia omnia fieri non hominibus, sed Deo, Deumque; adesse in omni juris administratione, vigilantissima item atque; efficacissima cura restituere suis & judiciorum religionem atque; sanctitatem elaborabit: efficietque; primum vt judicandi provincia nemini omnino committatur, nisi vir sit perspecte & exploratæ, bonorumque; virorum testimonio conprobatæ atque; celebratæ pietatis, sanctimoniæ, legalis scientiæ, virtutis, qua offendere ille malos non vereatur:

---

671 Vt noxiorum iniquæ absolutio.

672 Absolutionis in noxiorum insidiosa ampliatio

673 Dilationes judiciorum quæstu osa judiciorum administris & procuratoribus

perpetuamque; ***κςμ ἄϖς ονδ ον***[674] inimicitia pro sit eatur, exerceatque; contra vitia & flagitia omnia.

Deinde, vt judicum numerus ita augeatur, illique; opportunis locis distribuantur[675], vt iniuria læsis, religiosi judicii remedium præsto sit ubique, & omni tempore: parataque; supplicia iis qui leges violant, in remque peccant publicam & bonos mores. Poscit enim Deus, vt qui administrant judicia, quam primum vindicent affectos iniuria: uti idem fieri sibi quisque recta ratione exoptat: nec certe ullum aliud est officium, quod pii judices huic queant jure anteponere negotio, Re publica duntaxat tranquilla. Est enim proprium ipsorum officium & cultus, quo colere Deum, & res debent adjuvare humanas. Quod agnoscens Imperator Constantinus, edixit, in quacunque causa reo exhibito, sive accusator existat, sive eum publicæ sollicitudinis cura produxerit, statim debere quæstionem fieri: vt noxius puniatur, & innocens absolvatur. Codex de custodia reorum L I.

Præterea est & a judicibus eadem requirenda sanctitas[676], & in adipiscendo & in gerendo suo munere, quæ a magistratibus: vt functionem suam suscipiant delatam sibi omnino gratuito, atque; contemplatione Rei publica & obeant quoque gratuito, rejectis omnibus sordibus, & munerum insidiis.

[Liber 2 chapter 58 page 160]

Deinceps a judicibus & istud requirendum est, vt juxta leges judicent sinceriter, hoc est, secundum germanam legum sententiam: nec sibi permittant, quicquam de legibus ulla in causa remittere. Si qua enim causa aliquam postulat legum emendationem, aut in casu aliquo remissionem, ea a superioribus, & in hoc ipsum constitutis magistratibus, adeoque; & ab ipsa S.M.T. petenda est. Quam plurimis enim opus judicibus est: paucorum autem est, leges bonas condere, vel etiam emendare: aut de illis, quæ oportet, remittere.[677] Quocirca Aristoteles recte consulit, vt legibus quoad fieri possit, quicquid in quamque causam queat incidere, explicetur, atque definiatur: vt quam minimum judicibus relinquatur statuendum aut moderandum, præter id unum, num, quod factum in judicium defertur, factum sit, nec ne:juste factum, an secus: multumne sit, an parum in eo peccatum. Quid enim pro fit, quam optimas condere leges, si judicibus concedatur, ab illis pro sua libidine judicando discedere, vel etiam in fraudem legum interpretari? Vt itaque jurare debent judices, se fecundum leges judicaturos: ita hoc ipsum ab illis summa est severitate exigendum: gravissime punire oportet eos, qui manifesti fiant, illud non præstitisse side optima. Ne his vero a legibus frustratoriæ dilationes, & ampliatione injiciuntur, curabit S.M.T. certas præscribi rationes, & probe explicatas, quærendi & judicandi causas, quibus lites quælibet, quam primum fieri queat, juste cognoscantur ac judicentur, easque; rationes effici & observari ab omnibus quam sanctissime.

Lex decima tertia, De custodia reorum.

CAPVT LIX.

Gravi etiam in Deum peccato obstringitur hoc regnum, dura ad modum & iniqua custodia

---

674 [***κςμ ἄπς ονδ ον***] [?]

675 Ubique; & omni tempore judicia exhibeantur.

676  Nephas judices precio fieri, aut munera accipere.

677 Aristoteles Rhetorice.1.

reorum. Ad levem enim interdum suspicionem conjiciuntur in carceres, homines plane innocentes: in illisque detinentur aliquot mensibus, priusquam causa eorum cognoscatur. Id quis non agnoscat esse iniquum, & crudele? legis enim divinæ hoc & naturæ edictum est, quod de vinctis Gratianus, Valentinianus & Theodosius A.A.A. dederunt, Codex de Custodia Reorum. I. de his. illud enim sic habet: *De his quos tenet carcer inclusos, id aperte a definitione sancimus, vt aut convictum velox pena subducat, aut liberandum custodia diuturna non maceret. certe iniquum ac crudele est, vel horam adfligere innocentem*.[678] Et quidnam debent judices ducere sibi magis facto utile & necessarium, quam facere judicium & justitiam, eripereque; omni iniuria innoxios?

Ad curabit itaque S.M.T. & huic Rei publica morbo opportunum adhibeatur remedium: eamque ob rem edicet,primum, ne quisquam in carcerem conjiciatur, priusquam convincatur: aut gravissima atque violenta, vt aiunt[679], maleficii suspicione prematur: accusatorque ad talionis penam, si calumniator esse deprehendatur, juxta legem Dei Deuteronomium 19. obstringatur & vadetur. Deinde, vt vinctorum causa, quam primum ulla liceat ratione, suscipiatur cognoscenda: quo (sicut lex habet piorum Imperatorum) aut noxium hominem velox subducat pena, aut innocens suæ liber functioni restituatur.

Et quanquam carcer quoque; ex genere sit penarum, quibus vitiosi cives coerceantur: præstiterit tamen, alio in illos penæ genere animadvertere, vt damnatione ad opus aliquod: qua pena cum a peccando efficacius absterrerentur, sibi etiam prodessent, & suis: cum inclusi carceribus & minus subeant probri & sint non solum sibi & suis inutiles, verum etiam non uno modo damnosi.

[Liber 2 chapter 59 page 161]

Lex decima quarta, De penarum moderatione.

CAPVT LX.

Postremo postulat a S.M.T. salus populorum suorum, etiam penarum, quibus arceantur a Re publica & puniantur flagitia atque; scelera, gravem, severamque; moderationem. Hanc vero cum nemo queat describere, nec æquiorem, nec magis salutarem Rei publica quam ea sit quam Deus descripsit in lege sua: omnium certe regum & Principum, qui se a Deo agnoscunt eius populis præfectos, est eam ipsam penarum in maleficos rationem quam studiosissime imitari.[680] Quanquam enim Mosæ pædagogia sumus per Christum Dominum liberati, vt nec civilia quidem legis Mosaicæ decreta servare nos necesse sit, ad eum scilicet modum & iis omnino circumstantiis, quibus sunt descripta: tamen quod ad præceptorum illorum attinet substantiam, finemque proprium (maxime eorum quæ de necessaria omni Rei publica disciplina præcipiunt) ea sane præcepta qui non existimat religiose observanda, is certe vel non summam Deo sapientiam, vel non justam curam nostræ salutis attribuerit. Proinde in omni Re publica Deo sanctificata, capitalem penam oportet sancire omnibus, qui ausi suerint vitiare religionem, sive salsam & impiam inserendo de colendo Deo doctrinam, sive avocandos a vero Dei cultu: Deuteronomium 13 & 17. Item, qui nomen Dei, & sacra eius blasphemaverint: Leviticus 24. Qui sabbata violaverint: Exodi 31. & 35. Num. 15. Qui parentum imperium præfracte contempserint,

---

678 C. de exhibendis & transmittens dis reis.l.2

679 Ne quis temere in carcerem conjiciatur.

680 Penarum modus ex Dei lege petendus.

vitamque suam nequiter instituerint: Deuteronomium 21. Qui sententiæ nolint se submittere supremi judicii: Deuteronomium 17. Qui commiserint cædem: Exodi 22. Leviticus 20. Deuteronomium 19. adulterium, Leviticus 20. stuprum, Deuteronomium 22. plagium, Deuteronomium 24. qui salsum dederit testimonium in causa capitali, Deuteronomium 19.

In his Dei sanctionibus videmus, Deum (quo nemo, quæ hominibus saluti sint, vel novit melius, vel procurat diligentius) censuisse, tollendos esse e populo suo mortis supplicio, quicunque palam ab eo defecerint, habeantque eum contemptui, qui dem aliis suaserint, prodita & vitiata vera religio ne: qui nomen eius affecerint contumelia: quique Dei imperia[681], per ordinatos ab ipso patres vel patriæ vel familias administrata, obstinate detrectaverint: qui denique vel vitam tentarunt proximo eripere, vel uxorem, vel libros, Non enim possunt, qui tam immanibus implicantur sceleribus, non præsentis se, quod ad ipsos attinet, inferre, humano generi exitium. Non minore itaque cura, bonorumque omnium conspiratione sunt hæ pestes ex hominum commercio exterminandæ, quam efferi lupi, leones, tigrides, dracones, crocodili, qui iam iam in homines insiliant, eosque; dilanient ac devorent. Etenim in Deo solo vivimus, movemur & sumus: eiusque unius benignitate expetenda, omnia percipimus: omni igitur bono & se & alios spoliant, qui rei iciunt Deum & hostes se Dei constituunt. Id vero manifeste faciunt, quicunque Deum non vt Deum suum agnoscunt, audiunt, invocant, colunt: cultumque eius, qui side verbi eius constat, augeri in se perpetuo student. Nam hi Deum, quantum in ipsis est, divinitate sua spoliant, negantque; palam Deum esse: vt cui & se, & alias creaturas anteponant. Quid ergo mali ab illis non expectandum, qui hac tam immani impietate eo evadunt, vt obstinate nolint au dire verbum Dei, adeoque Deum ipsum, & eum Deum esse suum agnoscere? quod poscit a nobis primo Decalogi præcepto: Ego Jehouah sum Deus tuus, &c. Quid iam, si ausint etiam (vt impietatem illam consequi est necesse) aut conficta a se adorare numina pro Deo vero: aut Deum verum conari colere figmentis cordium suorum & operibus manuum suarum?

[Liber 2 chapter 60 page 162]
quod vetuit Deus secundo Decalogi præcepto[682], quo prohibet colere alienos Deos & idola: sive ausint divinæ illudere & maledicere Majestati, adhibito impie eius nomine sanctissimo ad res & actiones leves, turpes, superstitiosas? a quo Deus tertio præcepto avocat, in quo perpete rationem prohibet omnem nominis sui indignam appellationem. Aut ausint denique; decretas a Deo serias, atque; ideo totam religionis, id est, vitæ æternæ administrationem qua omnis Dei vera cognitio atque; adoratio conservatur & augetur, adspernari & negligere: eoque; manifestos se facere desectionis a Deo, animique; qui Deum & conditorem omnium plane pro nihilo, inanique nomine habeat, mendaciique; denique; & imposturæ condemnet cunctam eius scripturam atque; religionem? quo impietatis qui evaserunt, non possunt non eandem & aliis obtrudere & factis & verbis. Profert enim quisque de thesauro cordis sui, quo illud est refertum. Atque; Satan, qui tales tenet sibi pro sua libidine, quæ in perniciem semper intenta est generis humani, captivos, abutitur illis vice armorum ad inserendum hominibus quicquid possit noxæ. Planum itaque est, nullas posse æque truculentas atque; perniciosas invadere in Res publica belluas, atque sunt homines plane impii, vacui Deo, filii Diaboli. Summa itaque; sollicitudine, & totis viribus in hoc est ab omnibus filiis Dei incumbendum, vt tantis pestibus quæque; Res publica quamprimum repurgetur, juxta verbum Domini: Extermines (imo vt verbum habet Ebræum) exuras e medio tui, malum. Deuteronomium 13. Ita qui ea suerit vitæ nequitia & contumacia, eaque; probæ educationis & disciplinæ cum publicæ tum domesticæ impatientia, vt rei iciat pervicaciter imperium & judicium patrum cum patriæ, tum familiæ suæ: quid ille queat aliud, quoad eius sit, quam profligare omnem & publicam, & privatam honestatem, ordinem, tranquillitatem,

681 Nihil possit rei publica hominum esse nocentius, quam serre eos quos Deus præcepti morte punire.

682 Quam atrocia sint, quæ admittuntur palam contræ primam tabulam.

salutem? Nullo igitur modo tolerari inter Christianos debent, & qui quinto Dei præcepto palam adversantur: quod est datum, de audiendis honorandisque; parentibus, ac ideo cum primis de Principibus Rei publica & magistratibus, atque; omnibus qui paterna præstant officia, docendo,hortando, corrigendo, pascendo, tuendo[683]. Perinde inter homines ferri non debent, a quibus non est tuta hominum vita: uxorisque; ac filiarum pudicitia, suorumque; hominum libertas, quæ honestis animis non minus chara est, atque; vita ipsa. Subi ici igitur oportet in omni re publica Christo Domino sacra, capitali supplicio, quicunque; deprehensi suerint, contra præceptum 6 & 9, vel cædem cuiquam sive parasse salso testimonio, calumnia fave accusatione: sive intulisse: idque; vel per se, vel per alios: aut contra præceptum septimum, stuprum obtulisse cuiusque; uxori, sponsæ, filiæ: aut contra octavum, furatum esse aliquem ex fratribus, hominem scilicet liberum. Ab his enim tam importunis sceleribus atque; flagitiis, si non magis quam a morti ipsa abhorreant homines, quæ poterit inter eos conservari honestas quæ vera charitas, quæ humanitas, quæ digna hominibus atque necessaria inter ipsos & salutaris rerum vitæque; communio? Poscit itaque omnino studium verum & gloriæ Dei illustrandæ, & salutis hominum procurandæ, vt & ista mala a Re publica tollantur penitus & exurantur: nullis eorum vestigiis, imo nec nominibus relictis. juxta illud[684]: Non nominetur inter vos scortata, nec vile immunditia, aut ***πλεονεξία*** (cupiditas, sibi supra quam par sit quærens) quemadmodum decet sanctos.

Ad hoc vero obtinendum, judicavit Deus necessarium, vt qui horum manifesti fiant flagitiorum ac scelerum[685], sarciant Rei publica mortis supplicio ad augendum metum peccandi: quod peccatis nocuerunt, licentia delinquendi provocando. Deo itaque; se faciat necesse est & sapientiorem, & salutis hominum amantiorem, quicunque; statuerit illa impietatis atque; nequitia facinora, mitiore quam mortis pœna esse a Rebus publica Christianorum arcenda & depellenda.

[Liber 2 chapter 60 page 163]

Solent plerique, mundi sapientes, flagitiorumque; ac scelerum patroni, quædam contra hanc, vt præceptam a Deo, ita Rebus publica unice salutarem atque; necessariam severitatem, nonnulla obi icere: de revocandis ad pænitentium iis, qui in graviora sint peccata prolapsi, remissione decretarum a Deo penarum. Horum autem sophismatis respondi supra, cum pro Dei lege responderem, quæ jubet adulteris infligere penam mortis. Dominus largiatur tantum populi sui pastoribus, ne velint videri Deo sapientiores, clementiores & humaniores: atque; vt perspiciant aliquando, quam gratum sit Deo sacrificium & quam necessarium atque; efficax remedium contra exitiales humani generis morbos, justa sumere supplicia de impiis, sceleratis, atque; flagitiosis hominibus. Considerent ac strenue imitentur exemplum Principis ac regis, qui erat secundum cor Dei. Hic Psalmi 101. ita cecinit: Mane statim conficiam omnes impios in terra, vt excindenda de Civitate Dei omnes facientes iniquitates.

Abigeis quidem & furibus (nisi si quis in per fodienda domo deprehendatur[686]: eius enim interficiendi potestatem Deus fecit deprehendentis, Exodi 22) decrevit Deus penam tantum restitutionis, vel quincupli, vel quadrupli, vel dupli, aut simpli. nec leges quidem Romanæ furtum simplex capitali pena persequuntur: at gentes tamen pleræque, cum levioribus penis furandi audacia reprimi satis non posset, fures necis supplicio afficiendos censuerunt, eamque severitatem strenue tuentur. Quid autem causæ dicemus, cur in furta sic animadvertantur acriter: ad stupra vero & adulteria, vitia cultus divini, depravationem doctrinæ cælestis, qua continetur hominum præsens & æterna salus, ad blasphemiam

---

683 Inter homines qui tolerari non debeant.

684 Ephes.5.

685 Juftus scelerum metus, non nisi mortis supplicio incuti hominibus potest.

686 Penæ decretæ a Deo abigeis & furibus.

divinæ Majestatis, tantum non a nimis multis cor rideatur: nisi quia pecunia & externæ opes tanto sunt hominibus cariores, quam Deus ipse, sempiterna ipsorum salus, pudicitia & honestas?

Atque cum in fures, qui vulgo vocantur, sint hodie mundi sapientes tam severi[687]: qui sit, vt non conniveant tantum, sed magnos etiam deserant honores multo nocentioribus furibus, iniquissimas scilicet & perniciosas exercentibus usuras, monopolia, milleque alias fraudes, quibus fratres suos circumveniunt & despoliant? certe nec fingi quidem alia causa potest, quam quod istis magnis furtis, & Rei publicæ nocentioribus implicati sunt hominibus ditiores & potentiores: qui, aut ipsi administrationi Rei publica, & judiciis præsunt, aut obnoxios sibi habent eos qui his moderantur: illa vero vulgaria furta admittunt homines sere tenues, & nullis freti vel opibus propriis, vel potentioribus patronis. Suspenduntur itaque; (vt vulgato apud nos Germanos jactatur proverbio) fures exi qui, qui parum furantur, laqueis canopaeis: magni fures, qui ingentia sibi lucra parant furando fraudandoque, torquibus aureis. Si enim iniuria, fraudem & ob læsionem proximorum visum esset a Rebus publica profligare, vt decet, & Deus in lege sua & prophetis requirit, ac ubique; urget: in ea sane oportebat animadvertere furta, in eas rapinas & spolia & quam severissime, quibus hominibus plurimum detrahitur & nocentur: uti sunt crudeles illæ usuræ, monopolia, portentosæ fraudes mercium, vitia monetarum & fraudulentæ numismatum permutationes : iniquissima rerum, operum & operarum precia: interceptiones & vitia, auctaque; inique precia annonæ, & rerum omnium quibus vita præsens carere non potest. Eas itaque penas decernet S.M.T. & his fraudibus atque iniuriis, quibus omnem ob lædendi proximi vel privatim vel publice conatum a suis populis procul arceat, strenueque profliget: atque efficiat, vt quisque alteri vere faveat, studeatque commodare: itaque & vendere & emere, dare & reddere mutuum, cunctaque; vitæ præsentis negotia sic contrahere & obire, vt re ipsa declaret, se non publica tantum, sed cuiuslibet etiam proximi privata

[Liber 2 chapter 60 page 164]
commoda ex toto corde exoptare & quærere, suisque propriis anteponere. Vt vero luxus, fastus & pompa, tam nocentem & exitialem gignunt avaritiam: fraudandique & Rem publicam & privatos audaciam excitant & impellunt: perquam gravibus penis, & hæ vitæ humanæ pestes a Re publica erunt arcendæ & depellendæ.

In qua penarum constitutione, moderatione & exactione, tum S.M.T. fidem suam, studiumque Rem publica suam sancte gubernandi, Christo Domino & regi nostro cælesti approbabit, si omnibus & singulis flagitiis, sceleribus ac peccatis eas constituat ac irroget penas, quas Dominus ipse sancire: quibusque præter emendationem, atque ad veram pænitentium excitationem, eorum qui peccaverint, cæteris quoque metum, horroremque incusserit peccandi: atque ita studeat exurere, id est, penitus excindere atque exterminare omnem delinquendi non licentiam tantum & audaciam, verum etiam cupiditatem & libidinem: quem finem penarum & suppliciorum Deus sub indi in lege sua proponit.

Sic enim omnium hominum vitiata est ab ortu eius natura, adeoque ad quævis propendet scelera & flagitia[688], vt necesse habeat avocari absterrerique; a vitiis, & invitari impellique ad virtutes, non doctrina tantum & adhortatione, admonitione & objurgatione, quæ adhibeatur verbis: verum etiam eruditione & castigatione, quæ fiat coercitione ex imperio & inflictione penarum. Quæ eius modi, & tam efficacia atque salutaria sunt humano generi contra innatos illi morbos remedia, vt Plato recte munus proprium judicarit artis veræ Rhetoricæ, etiam seipsum, si quis aliquid peccasset, tum & quosque conjunctissimos sibi & amicissimos, si quid deliquissent, apud Magistratus accusare, atque ad legitimas penas, vt ad medicinam cumprimis necessariam & expetendam, deposcere.

---

687 Fures minuti plectuntur sere a furibus maximis.

688 Et penarum eruditione opus habent boni homines.

Conclusio operis, de regno Christi.

CAPVT VLTIMVM. [Cap. 61]

Hic finem visum est imponere susceptæ indicatione & admonitio ni potius, quam descriptioni, atque justæ explicationi earum viarum & rationum, quibus (vt æterno & solo salutari Dei verbo docemur) S.M.T. Christianique reges, Principes, rerumque publica moderatores omnes & possint & debeant beatum filii Dei, & unici sospita toris nostri regnum, populis suis solide restituere: hoc est, cum religionis, tum reliquæ Rei publica universæ administrationem, ex Christi servatoris nostri, & regis summi sententia evocare, instaurare, atque confirmare.

Multa sunt illa quidem, si verba spectentur: at si consideretur, quam non pauca, nec parum noxia in utramque & Ecclesiarum & Rei publica procurationem invaserint vitia: utque nimis facile numeraveris eos, qui istas populorum Dei labes atque morbos omnino exitiales sic agnoscant, vt vera propriaque contra eos remedia & intelligant, & admittere sustineant: scio ipsam S.M.T. qua in versandis, meditandisque divinis Scripturis quotidie versatur pietate & diligentia, judicaturam, hæc mea qualicunque; indicia & monita, esse perstricta parce atque; anguste.

Non ignoro item, minime paucos esse, & quidem ex literatis, evangeliumque Crucifixi profitentibus, qui si hos meos legant Commentarios, pleraque in illis sint reprehensuri: alia tanquam pervulgata, pridemque nota & meditata non solum T.S.M. verum etiam quibusque mediocriter & literis & religione Christi imbutis: alia vero, quasi nimis ***πϑθάδοξα*** [689], quæque

[Liber 2 chapter Vltimvm page 165]

sint tam suscepto ac facto non possibilia, quam sunt ab usu & indicio nostri seculi, nostrorumque; hominum aliena & dissentanea.

Quos igitur offenderit in his meis de restitutione apud nos regni Christi indiciis & monitis, id quod sunt, pleraque vulgata & trita, hi velim perpendant, quod non minus sanctus ille quam venustus orator Isocrates scripsit ad Nicoclem: Quæ scribuntur de moribus & vitæ Institutione, non oportere esse nova & inaudita, cum Deus iam in de ab initio orbis semper dederit, qui de his salutaria tradiderint præcepta: sed sub legenda esse ex his, quæcunque sunt optima. Iam Christianos, quibus nefas est, tradito ab initio Dei verbo adjicere quicquam, aut detrahere, aut in eo aliquid nutare, singulariter cavere oportet in omni vitæ doctrina & Institutione, ne quid ingerant novi & recens excogitati. Illud autem, quod adjicit Isocrates, eloqui ea quam elegantissime: cum præstare non possem, dedi operam, vt exponerem illa tamen simpliciter, atque; sinceriter.

Porro illos qui existimaverint, ea quæ attuli esse nimis ab huius temporis rationibus, sensuque[690]; præsentium hominum dissentanea, ac res voti magis quam effectus: meque; Rem publica quandam Platonis, vt dicitur, velle architectari: rogo, oroque per regnum & adventum Domini nostri IESU CHRISTI, & communem omnium nostrorum salutem, velint quæ hic prodidi & admonui, non ex

---

689 παράδοξα, ***πϑθάδοξα (*** ***[paradoxes]***

690 indicatæ monita hoc scripto & facilia esse et necessariæ filiis Dei.

hominum judicio, qui vel sint nostro, vel suerint seculis superioribus, sed ex æterno & immutabili Dei verbo dijudicare, atque existimare. Quod qui facere solide studeant, hi videbunt indubie, agnoscentque, ea omnia non tam esse a studiis usuque præsenti hominum, qui de CHRISTI tamen regno gloriantur, remota & dissidentia, quam sunt cunctis qui non decreverint CHRISTO Domino renunciare (Nolumus hunc regnare super nos) receptu atque observatu plane facilia, atque; ad salutem humani generis & præsentem & æternam omnino necessaria.

Qui enim queant CHRISTUM, Deum & hominem, unicum nostrum servatorem[691], suum quoque CHRISTUM, sospitatorem, regem ac Deum, vere agnoscere & adorare, qui non cuncta eius verba suscipiant, & sequi studeant toto corde, vt, sicut sunt, verba vitæ æternæ? At quibus hoc suerit datum, an non sit necesse hos tanto aviditate ardentiore, atque animi gratitudine majore excipere & amplecti, quam nobis salutem CHRISTUS Dominus os fert, vt evangelio suo, ita & sacramentis, præceptisque disciplinæ suæ omnibus: quanto præstat omni creatura creator, Deus hominibus, certa æternaque vita & felicitas inani salsaque opinione, & somniata umbra bonorum?

Nihil itaque, & quidem ultra omnem comparationem, audient hi cupi dius & sequentur side confirmatiore, quam verba CHRISTI & præcepta, eaque omnia: nihil excipient devotione, religione, & voluptate spiritus ampliore, quam eius sacramenta: nihil denique observabunt studiosius, & sollicitius ad curabunt, quam vt eius apud ipsos vigeant disciplina. Ministeria itaque omnia Domini constituent apud se, obirique curabunt quam sanctissime & submitteret se illis quisque animo promptissimo.

Sic ad nulla hi omnino cuiusquam in Ecclesiis peccata conniverunt, si quis deliquerit[692]: sed traditæ divinitus salutaris animadversionis remedia illico adhibebunt: ad piamque: & efficacem pænitentium, qui peccarunt, per movebunt: nec unquam non omnes & singulos ad cuncta pietatis officia invitabunt, adducent: impellent pia doctrina & adhortatione: & non publica tantum, sed & privata: eaque, cum per singulos fratres, Christique membratus per ipsos etiam communes Ecclesiarum præsides ac pastores administrata. Ad eum ergo modum regnante filio Dei apud eiusmodi populos, qui

non obtineret eis vera vitæ sanctimonia, & quam officiosissima charitas? quæ quemlibet eo impellat, vt discat semper, & efficiat aliquid boni operis, Unde in omnem Ecclesiarum usum suam quisque conserat portionem: quo ita prospiciatur in Ecclesia omnibus & singulis CHRISTI membris, ne quisquam egeat, non dico necessario victu, tecto, vestitu, sed ullis etiam instrumentis, ullave commoditate, bene feliciterque; vivendi Domino & regi ipsi nostro IESV CHRISTO, & Ecclesiæ eius universæ. Quamobrem si unicus regnorum, potestatumque distributor, & servator omnium, rex CHRISTUS. dederit eius modi suis populis etiam externum regnum, liberamque Rei publica administrationem, quoniam amant coluntque; hunc regem suum ex toto corde suo, ex tota anima, cunctisque viribus: omnem sane & politicam potestatem, cunctasque externas opes conserant eo, vt eius regnum puraque & solide eius religio apud se semper vigeat, provehatur & quam plenissime ubique obtineat. Proinde qui externum & politicum apud huiusmodi vere CHRISTI populos procurant imperium, non solum nullum tolerabunt apud subditos suos, CHRISTO Domino baptismate addictos, religionis puræ manifestum neglectum: nedum nullum eius vitium, aut oppugnationem sive factis, sive verbis tentatam: verum primam & summam curam impendent in hoc, vt Ecclesiæ suis idoneis probisque ac sidis gaudeant ministris: & ne hi aliquando desiderentur elaborabunt etiam, vt passim scholæ rei literariæ & pietatis existant: utque in his, ad eadem Ecclesiarum ministeria, quicunque ad illa facti sint a Deo, fideliter instituantur, atque formentur: sive ex ditibus, sive ex pauperibus illi parentibus sint procreati. Providebunt item, ne cuiquam & ex plebe desit, Unde & se suos sanctis CHRISTI & Ecclesiarum eius

691 Christum quiuere novit cunctæ eius præceptæ, excipit, & sequitur.

692 Disciplinæ Christi.

usibus fructuosum exhibeat.

Quemadmodum itaque hi curabunt, vt quisque privatus, quodque collegium, res ipsa publica, suas habeat retineatque; facultates: eoque; severissime animadvertent in omnes eos, quicunque illi sint, qui furto privatas, peculatu publicas opes & facultates attrectarent: ita tanto majore cura ac sollicitudine, quanto Ecclesiæ CHRISTI, quibus totum mundum & ipsos angelos Deus addixit (1 Cor. 3) debent potiore apud nos jure haberi, in id incumbent, vt Ecclesiis quique patrimonium suum, imo patrimonium capitia & sponsi illarum Crucifixi, & sit sacrosanctum & conservetur summa religione: quam severissime animadversoris in eos, qui illud ausi suerint attentare, & accidere fraude vel vi sacrilega.

Quocirca nullo serent pacto, vt quisquam indignus, & Ecclesiis inutilis, etiam si pater sit, aut filius, quicquam ullo prætextu aut colore participet illis bonis, quæ sunt CHRISTO Domino, in usus religionis, scholarum, & pauperum consecrata: aut vt cuiquam de his plus vel tribuatur, vel concedatur, quam cuique ex verbo Deo debeatur: aut pro salutari eius ministerio quod side bona Ecclesiis præstet: aut pro vero perpetuoque studio: quo ad illud se ministerium paret, instruatque; aut pro evidenti, quam excutere ipse non valeat, necessitate.

Pari cura in vigilabunt, ne ullæ irrepant peccandi illecebræ & occasiones: præmiis omnium & Rei publica & privatorum honorum, dignitatum atque emolumentorum, homines curabunt ad studia virtutum excitare, & impellere, atque; a vitiis & peccatis abducere & absterrere paratis & severissimis penis: palam vitiosos ad nullos in Re publica admittent honores, ad nulla honesta munia, nullaque; commoda: nec ullo s denique; tolerabunt oti osos, sed cunctos cives suos ad piam & fructuosam Rei publicæ adigens industriam.

Hæc in summa sunt, quæ moneo, confirmoque omni studio esse revocanda & suscipienda ab iis, qui cupiunt regnare apud se filium Dei. At quis

sit qui evangelium eius unquam legit animo præsenti, qui non agnoscar hæc quæ modo commemoravi omnia, ab ipso CHRISTO Domino nostro esse nobis innumeris Scripturarum suarum locis clarissime tradita & sanctissime præcepta? Qui iam CHRISTI vere sunt, atque ideo sciunt & sentiunt, cuncta CHRISTI servatoris sui verba & præcepta[693], verba esse & præcepta vitæ, salutisque æternæ: quomodo illi non etiam sentiant, ea non modo non esse gravia, nedum impossibilia, sed esse summopere expetenda[694], ardentissimoque studio consectanda? Gustarunt enim hi, & experti sunt, quam bonus & suavis sit Dominus in omnibus præceptis & verbis suis.[695] Noverunt jugum Domini ita esse commodum, & onus eius leve, vt veram animabis suis quietem & tranquillitatem nulli possint assequi homines[696], qui non huic se jugo sarcinæque toto corde submiserint. Hi itaque in omnibus per me hoc scripto indicatis & monitis, nihil judicabunt inesse novum, nihil insolens veris filiis Dei, nihil quod non omnibus temporibus & cunctis hominibus CHRISTO Domino a Patre donatis, sit toto corde expetendum & usurpandum.

Ego vero cum instituissem scribere de CHRISTI regno restituendo[697], pleneque iterum recipiendo, eos tantum respicere homines debui, quos Deus sibi delegit de mundo[698]: utque ante

693 Ioan.5?.

694 1 Ioan.5.

695 Psalmi 34.

696 Matth.11.

697 Quibus hæc scriptæ sint.

698 Rom.8.

conditum mundum elegit, præcognovit, atque præde finivit, ita suo quoque tempore vocat, justificat, glorificat.[699] Qui namque de mundo sunt: quæ mundi sunt sapiunt, non quæ IESV CHRISTI. hunc enim oderunt, & interficiunt, & cuncta eius membra: tam abest, vt eius verba admitterent. Manent itaque in malo & incumbit in eos ira Dei.[700] nam filius pro illis non orat. Non igitur morari me decebat, scribentem de CHRISTI regno, quid illi probent aut reprobent, quid sustineant recipe re, nec ne, qui sunt regni huius devoti hostes.

Sed dicent ii, qui regnum CHRISTI vellent eo usque; restitui, vt ipsis tamen societas & communicatio cum pereunte mundo non perturbaretur, mundanis hominibus omnia esse referta. Dominum enim ipsum dixisse, multos esse vocatos, paucos electos: non itaque; nullam & horum in regni CHRISTI restitutione, esse rationem ducendam, vel causa externæ in Re publica pacis. His autem respondet Apostolus, scribens Corinthiis[701]: Quæ participatio justitiæ cum injustitia? quæ communio luci cum tenebris? quis consensus CHRISTO cum Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? Item Romanis[702]: Nolite conformari huic seculo. Et Galatis[703]: Crucifixus sum mundo & mundus mihi.

Constat quoque piis hominibus & externam pacem ab uno servatore & rege nostro esse petendam cui Pater tradidit omnem potestatem in cælo & in terra: & petendam, non ab eo nobis irato, sed a propitio nobis[704]: promissamque hanc pacem esse iis modo, qui se eius regno subii ciunt, non illis qui ei adversantur, aut illud non plene recipiunt, eiusque gratiæ & gloriæ gratiam & benevolentiam perditorum hominum anteponunt. Quærenda, servandaque; & externa pax est, quod ad nos attinet, cum omnibus hominibus: sed cedendo, deserendoque; illis quæ nostra sunt, non quæ filii Dei Domini nostri IESV CHRISTI, aut eius Ecclesiæ.[705] Danda opera est, vt placeamus omnibus: sed ad bonum & ad salutis hominum ædificationem[706]: qui secus voluerint placere hominibus, ii servi esse IESV CHRISTI non possunt.

Suerunt omnia alienis a CHRISTO hominibus plena, paucique huius regni vere studiosi, & temporibus Davidis, Jehizkiæ, Josiæ, vt de suo seculo David tam multis Psalmis queritur: & de temporibus Ichiskiæ & Iosiæ, vates Domini Isaiæ & Jeremias: attamen, cum scirent hi reges, vt Deo, ita & credenti, nihil esse impossibile earum duntaxat rerum quas Deus a nobis requirit, invitis malis & dæmonibus & hominibus, nihilque; non contra

tentantibus: quæ Deus populo suo mandaverat, restituerunt omnia, cunctis quoque & religionis & reliquæ vitæ vitiis atque flagitiis profligatis: adsuit que illis Deus, vt quod in eius nomine constanti side instituissent, feliciter quoque perficerent.

Cumque sub Jehiskiah & Jofia quam plurimi, quam externe cogebantur abi icere, corde impietatem retinerent: tamen ita grata suerunt Deo piorum istorum regum, in regnum suum studia, vt ingentia universo populo beneficia illorum temporibus contulerit, meritaque; supplicia distulerit.

Memor ergo sit S.M.T. cælum & terram transitura, cum de verbo & lege Dei non unum

---

699 Ioan.15.

700 Ioan.17.

701 2.Cor.6.

702 Rom.12.

703 Galat.6.

704 Matth.ult.

705 Matth.5. & 16.

706 Rom.15.

elementum aut api culus queat decidere[707]: Deumque irrita facere consilia gentium & dissipare cogitationes populorum[708]: suum autem consilium stabilire in æternum & cogitationes suas a generatione in generationem producere: hominum valere sinet salsa & perniciosa præjudicia, ipsaque Dei verba & judicia semper vera, semper salutaria, quibusque serviunt omnia, sequetur, inhærebitque his animo confirmato in regionibus omnibus, quicquid contra moliatur & moveat cum Deo suo mundus universus.

Atque ex his Dei verbis & judiciis, quæ sint regni CHRISTI propria, quæ certa restituendi eius apud nos quam plenissime ratio, cognoscet quam exactissime, atque explicatissima describi curabit: adjuncto in hoc sibi sanctissimo concilio virorum, quos ad CHRISTI regnum deprehenderit & solide doctos, & optime animatos: horumque ministerio & opera conquiret undique & emittet ad populos suos probatos evangelistas, qui totum ilis CHIRSTI evangelium, omnemque restituendi apud nos regni eius rationem per cunctos Comitatus prædicent, side summa & pia dexteritate.

Cumque rationem hanc & proceribus, summoque concilio regni approbaverit, suadendam eam per viros ad hoc munus idoneos, etiam populis commendabit, legibusque quam sanctissime confirmabit: simulque operam dabit, vt cunctis episcopatibus & parochiis, vt primum idoneos ad hæc munia veros nacta suerit, submotis sucis omnibus, præficiantur, qui munus pastorale Ecclesiis præstent summo studio: ac per omnia, uti illud princeps pastor, & episcopus animarum nostrarum, filius Dei, Dominus noster IESVS CHRISTUS instituit, præstandumque; mandavit.

Utque ad hæc munia idoneos possit nancisci administros, non Academias modo quamprimum, & severissime, suæ primæ constitutioni, verisque; Ecclesiarum usibus restituet: sed multas præterea scholas curabit aperiri, in illisque quotquot valeant invenire ad hæc idoneos, educari, formarique ad Ecclesiarum ministeria.

Quoque his, & cunctis egentibus CHRISTI, imo CHRISTO Domino ipsi in his possint suppeditari, quibus singuli opus habeant ad pie sancteque; vivendum, suaque Ecclesiis ministeria rite præstanda, eo sanctiore & severiore cura constituet Ecclesiis, atque conservabit, certum & omnibus hominibus sacrosanctum sponsi illarum peculium, & patrimonium. Atque si quid adhuc videtur ad usus regni (nihil enim hinc privatis potest jure ullo concedi, nisi quantum cuique debetur, aut pro suo Ecclesiis fideliter præstito ministerio, aut propter studium quo se his ministeriis præparat, aut inopiam innoxiam) de rebus ac possessionibus Ecclesiasticis decidendum, decidatur: ea tamen moderatione, quæ possit approbari Domino, omnis terræ regi, & Servatori nostro summo, qui largitur nobis omnia, reliqua, in usus, cui consecrata sunt, Crucifixi, unici sospita toris nostri, ita consecrentur, sancianturque pro necessariis Ecclesiarum ministeriis, scholis, & egentium sustentatione: vt tanto severius vindicentur, si quisquam quovis

astu, colore, fraude, quicquam ex hoc Crucifixi patrimonio sibi arripuerit, vendicaveritque; quam ullum furtum, ullus peculatus (sacrilegium enim hoc est) quanto debet nobis pluris esse, magisque; cordi, jus CHRISTI servatoris nostri & eius Ecclesiarum, quam jura ulla hominum, sive privata, sive publica.

Hac itaque religione restituto suis CHRISTI regno, cives eidem studebit quoque parare, pro omni sua regia virili & potestate: efficietque; cum legibus, tum legum fideli constantique exactione,primum, vt sanctæ sint omnes privatæ domus, vt matrimonio, quos Deus conjungi vult, conjungantur pie & religiose: conjunctique; divinam hanc societatem colant sanctissime: nec unquam, semel hoc jugo copulati, a se divertant, nisi cum id necesse suerit, ex cum ipsorum tum & Rei publicæ salute. Deinde, vt omnis, quam dederit Dominus Rei publicæ soboles. CHRISTO Domino & Ecclesiæ

---

707 Matth.5.

708 Psalmi.32.

eius quam accuratissime educetur, instituatur, formetur: uno quoque ad eas artes & vitæ munia applicato, ad quæ quisque; esse appareat a Deo factus & destinatus: oti osis nullo omnino in regno eius loco concesso, sed singulis ad se digna & Rei publicæ utilia & studia & opera adhibitis.

Atque vt hæc queant perpetuo & constanter observari, curabit S.M.T. de omnibus suorum actionibus & negotiis leges conscribi, scriptasque emendari, elucidarique, vt sint claræ salutaresque; civibus suis, certæque; in omnem vitam, cunctasque; eorum actiones lucernæ: non fallaces ad quæstum & iniurias impiorum comparatæ præstigiæ, atque; quibus diripiantur & evertantur innocentes homines, retia & laquei.

Comque; nec legibus scriptis, nec quamvis accurata & diligenti Rei publica ordinatione & constitutione possit quicquam diu profici, aut boni aliquid conservari, si desint hominibus leges animatæ, sapientes, pii & vigilantes magistratus, religiosi sanctique; judices, tum etiam justæ ac severe in maleficos penæ: dabit S.M.T. operam, vt suis ubique; hominibus tales præficiat & magistratus & judices, eaque; constituat cunctis flagitiis atque; sceleribus, exigique; curet supplicia, vt ad præstandum exhibendumque; illis plene ac solide cum regnum tum judicium Dei, nihil desideretur.

Hæc cum S.M.T. toto corde molita suerit, instituerit, & perficere in dies magis magisque; studeat, noverit ipsa CHRISTUM regem dat oremque; vitæ æternæ, inter suos cives & subditos præsto ubique; futurum: atque; ita mala omnia amol iturum, bona cuncta cumulaturum, vt felix & beatum hoc regnum futurum sit per omnia. Nec potest enim CHRISTUS Rex noster sic in primis regnum suum & suam justitiam quærentibus, non copiose adjicere, & quam liberalissime suppeditare cætera expetenda omnia. Nihil itaque; turbari se sinat S.M.T. quod cum perpaucis regibus, ac prope sola, hanc molem carni odis omnibus impossibilem, perfectam regni CHRISTI restitutionem molitur. CHRISTUM enim omnipotentem cum in eo habeat adjutorem & ducem, quid huius non optato efficiat, quicquid contra caro & mundus conetur? Nec dejiciet ei animos quod non adeo multi apparent in regno suo ad hanc molitionem fideles administri: solet enim CHRISTUS suis hominibus regnum suum gloriose restituere, & hostes eorum subi icere pedibus, etiam perpaucorum & apud mundum maxime infirmorum & contemptorum utens ministerio, Nec morabitur S.M.T. quod nulla hoc tempore extant tam plenæ regni Christi restitutionis exempla: habet enim jussa Dei sui, habet exemplane eius Scripturis prodita, quæ omni pio principi abunde satis sunt ad quantumvis studiosam imitationem, Et quicquid denique; Satan vel per se, vel per sua mancipia objecerit difficultatum, confirmabit se S.M.T. amplissimis Dei promissis, quæ nobis omni experientia debent tanto haberi certiora, quanto certius est Dei verbum omni hominum sensu.

Quanquam non desunt præclara exempla (nec vetera modo, quæ tamen

cum divinis literis sint nobis consignata, sola suffecerint abunde: sed etiam nostri seculi) quibus clarissime perspicitur, CHRISTUM regem nostrum cunctis servis suis, regibus atque principibus mirifice & potentissime adesse, successumque dare optatum, quicunque rem hanc solidam regni eius apud suos restitutionem suerint moliti. Ac quandocunque secus res ceciderunt, manifesta insinceri studii peccata & impuros conatus in causa fuisse, compertam est: uti tempore Machabaeorum, ita etiam nunc in calamitate Germaniæ Vivit enim, & sui adhuc per omnia similis est CHRISTUS rex noster.

Quapropter S.M.T. non minus magnificam eius opem in hoc opere, & prosperum conatuum suorum eventum ab eo expectabit atque percipiet, quam ille ullis servis suis, religiosis principibus, unquam tulit, ac præstitit: cum sic toto & puro corde illustrare eius gloriam, & salutem suorum studebit procurare per omnia, juxta eius verba & mandata. Faciet, faciet hic Dominus noster IESVS CHRISTUS, Rex regum & Dominus dominantium, S.M. tuam ista agentum & molientem, non minus

quam Davidem, Asam, Jehosaphat, Jehiskiam, Josiam, crescere in dies, & magnifice prosperari, seque; præstare suis populis regem modis omnibus salutarem & felicem: formida bilem vero hostibus, atque invictum hostibus tam extraneis quam intestinis: qui nunquam deerunt, dum CHRISTUM omnes in hoc regno plene receperint. Cumque erit nonnihil periclitandum atque laborandum, vt erit, cogitabit S.M.T. quæ illam maneant, pro his levibus brevis & exigui temporis periculis atque laboribus, infinita & æterna præmia: ac quod hæc ipsi præmia filius Dei infinitis sane ærumnis atque suppliciis acerbissime comparaverit.

Idem Dominus & servator noster IESVS CHRISTUS, velit S.M.T. sicut præclaram rerum istarum omnium dedit & cognitionem & voluntatem: ita etiam quamprimum adjungere atque exhibere, per quos hanc regni ipsius restitutionem quam felicissime moliatur, instituat, semperque provehat & perficiat: Amen, Amen, Amen.


Opellam hanc meam in his rebus indicandis, monendisque, S.M.T. oro, vt meliorem in partem accipiat: ac, si vel S.M.T. vel quisquam alius existimaverit me quiquam attulisse, quod cum æterno Dei verbo minus consentiat, eius peto admoneri: paratus semper, & in omnibus, purissimum Dei verbum sequi, eique me totum addicere.

Quod hoc scriptum maturæ quidem cæptum, absolvi tam sero, morbi, & his atque senio debilitata valetudo, tum etiam necessaria muneris mei a S.M.T. mihi demandata ministeria, in causa suere. Eadem S.M.T. me indignum servum & ministrum habeat, vt facit, in Domino commendatum: orantem, & oraturum semper, vt Deus & Pater noster cælestis, per Dominum nostrum IESVM CHRISTUM, S.M.T. servet, atque felicem reddat in rebus omnibus, ad magnificandam ipsius gloriam & præclaram consolationem salutemque omnium populorum, quos habet in regnis aliis. Amen, Amen.

LIBRI DE REGNO CHRISTI

Finis.

τῷ θεῷ δόξα[709]

709  [τῷ θεῷ δόξα] [It portions ? glory.]